



qualem tu inquis, sed quemadmodum induxit Home-  
rus, viliis hominibus ad sapientis viri conuiuium,  
vltro venire videtur. Cum ergo me ducas, vide qua  
aduertus mei ratione assignes. Ego enim me inuoca-  
tum venire non cōfitebor, sed abs te inuitatū dicam.  
In ipso itinere, inquit, quid dicturi simus, duo cum  
simus, fortasse consulabimus, sed eamus iam. Tala  
quædam inter se cum disputa sent, iussisse dicebat: &  
Socrate cogitabundum lento nimis passu gradientē  
relictū, cū expectasset, tandem iussisse, vt præiret.  
Cū verò adibus Agathonis appropinquaret, aper-  
tam ianuam inuenisse & cōtigitse ridiculum quid-  
dam in ipso enim limine famulum quædam occur-  
risse, & eò vbi accumbebant alij, introduxisse, quos  
iā cœnatores reperit. Scq; vt vidit Agatho, O Ari-  
stodeme, dixisse, opportunè venisti vt nobiscū cœ-  
nes. Si verò aliud quicquid vis, in aliud tempus diffe-  
ras. Equidem heri te quærens inuitaturus nusquam  
vidi. Sed cur Socratem ad nos non ducis? Et ego, in-  
quit, conuersus nusquam Socratem vidi, respondi q;  
Agathon: Equidē cum illo veni ab eo vocatus huc  
ad cœnā. Redē, inquit, fecisti, sed vbi nam Socrates?  
Post me modò incedebat. Quare ipse quoque admi-  
sor, & vbi sit nescio. Quærens Socratem puer, dixisse  
Agathonem, & ad nos introduces? Tu autem Ari-  
stodeme iuxta Eryximachū accūbe. Heus tu dato  
huic manibus aquam, vt iam sedeat. Tunc ingres-  
sum alium puerū quendā nuntiasse dicebat Aristo-  
deme, Socratem ipsum in vestibulum proximum  
secessisse, & accessitū ingredi nolle. Abiurdū quid-  
dā narras, inquit. Voca iterū, neq; dimittas quousq;  
venierit. Non sic, o Agatho, respōdisse dicebat Ari-  
stodeme, sed mitte illum, mos enim Socratis ille.  
Nōnunquam secedens, vbi cunq; accidit consistere  
solet. Veniet autem citò, vt arbitror. Ne turbetis  
ipsum, sed suo arbitratu venire permitte. Ita si tibi  
videtur, dixisse Agathonem, agēdum est. Cæterū  
vos, o pueri, nobis alij epulas asserre, & quodcunq;  
lubet apponite. Nobis siquidem nullus præfidei. Id  
quidē nunquam feci. Quapropter existimātes nunc  
me vna cum alijs cōiuiuo à vobis exceptum, curate  
omnia diligenter, vt vestram operam cōprobemus.  
Post hæc addebat Aristodeme cœnare eos cepisse,  
& Socrate Agathonis iussu saepe vocatū nō prius  
intraffe quā aliquantum se more suo exercuisset,  
mediūq; in cœna venisse. Ad quem, Agathonē qui  
vltimus sedebat & solus, Huc o Socrates, dixisse,  
propter me accubito, vt te tāgens sapienti illa sentē-  
tia fruatur quā in vestibulis excogitasti. Constat enim  
inuenisse illā te atque habere. Neq; enim prius desti-  
tisses. Sed his itaq; Socrate, dixisse itaq; Bene se res no-  
stræ haberet Agatho, si sapientia talis esset, vt in va-  
cuo hominē ex pleniore ipso cōtractu profluere,  
quemadmodū aqua ex pleno calice in vacuū per ca-  
nalis instrumentū influēs. Si enim sapientia ita ha-  
beret, permulti facio quod apud te sedeo. Me quippe  
abste vberima & præclara sapientia repletū iri pu-  
to. Mea siquidē tenuis est & ambigua infōmnijs cu-  
iussū instaurata, verò luculenta admodū atq; præpol-  
les, vt pote quæ in adolecēt. tua heri in cōspectu plus  
quam triginta millib; Græcorū, tam clarē emicuit &  
effulsi. Cōrum meliosus, inquit Agatho, es o Socrates.  
Atqui hæc postea de sapientia ego ac te diiudicabi-  
mus Dionysio iudice, nunc autē cœna. Post hæc, in-  
quit Aristodeme, cū Socrates sese reclinaffet, cœ-  
nassetq;, alijq; etiā cœnati essent, libare inuicem &  
deglutire vina sacrificantium ritu, deūmq; cantare

cepisse, & alia quædā vt mos est, faciētes ad potū se  
cōuertisse. Vnde Pausania ita loqui cepisse: Viden-  
dū est, o viri, quō pacto quā in iucūdimē bibamus.  
Nā vt de me in primis verū fatear, grauatū adhuc  
hæsterno mero me sentio, & intermissione quadam  
indigeo. Opinor quoq; & plurimos vestrū similiter  
affēctos esse, heri enim aduisti. Considerate itaq;  
quomodo facilius bibamus. Ei mox Aristophanem  
respōdisse, Scire loqueris Pausania, potui modera-  
tionē quandā adhibēdam esse. Etenim ego quoq; ex  
his sum qui heri ingurgitaturū. Cū hæc audisset Ery-  
ximachus Acumeni filius, Probē dicitis, inquit. Atq;  
hoc insuper à vobis audire desidero, quantū bibēdo  
valeat Agatho. Minime quidem, Agathonē dixisse.  
Cōfert id sanē nobis, muli inquit & Aristodemo &  
Phædro, atq; his alijs, q; vos qui ad bibēdum valetis  
plurimū, nunc tanquam bibēdo defecisti prohibeat.  
Nos enim semper imbecilles, excepto Socrate, qui  
ad vtrūq; idoneus est. Quocirca quodcūq; agamus,  
perinde erit. Hic Eryximachū dixisse, Postquā præ-  
fentiū nullus ingurgitare nihil velle videtur, fortē si  
vera de ebrietate dixerō, minus ero molestus. Id si-  
quidem ex medicinæ peritia apud me cōlat, graue  
quiddā esse hominibus ebrietate, & neq; sponte su-  
peruacū bibere vnquā vellē, nec alteri cōsulerem,  
præsertim si quis ex erapula hæsterna laboret. Huic  
Phædrū Myrthinū dixisse Aristodemus inquit:  
Equidē semper tibi fidē habui, in medicina præfer-  
tium. Nunc similiter, modò cæteri quoq; consentiāt.  
Hæc cum audissent omnes, cōcessisse inquit, non ad  
ebrietatem in præfenti cōiuiuo, sed ad voluptatem  
esse bibēdū. Tum Eryximachus: Postquam visum  
est in cuiusq; arbitrio fore quantū bibat, neminem  
verò supra quam vellet, cogendū, quod restat ex-  
ponam. Tibicinam quæ modò ingressa est, abigendā  
puto, si bipiti tibia personatē, vel si velt, mulieribus  
quæ sunt intus. Nos autem cōfabulanti inuicē debe-  
re hodie iudicio. Qui verò esse sermones nostri de-  
beant, si vultis aperī. Ad hæc omnes sibi placere di-  
xerunt, & explicare iusserunt. Eryximachus deinde,  
Mei, inquit, sermonis exordij secundum Eoripidis  
Melanippen erit. Neque enim mea fabula est quam  
incepturus sum, sed Phædri: Phædrus hic meū se-  
pe cōqueritur, absurdū quiddā asserēs, quod cum in  
cæteros deos cætilenas & hymnos poetæ finxerint,  
in amore tamen tantū talēmq; deū nullus vnquā  
ex tot poetis laudem aliquam scripserit. Atqui si vis,  
inquit, o Eryximache quærare, inuenies profectō  
Sophistas disertos soluta oratione Hercule aliōsq;  
laudasse, quemadmodū peritissimus Prodicus, quā-  
quam hoc minus alicui mirum videri debet. Sed &  
ego legi quādoq; sapiētis viri libri, in quo Salad vt  
deus vilitate miris laudibus extollebat; aliq; huius  
generis multa reperire licet, laudibus celebrata. In  
his itaque studiosē versari, Amorē verò nullū adhuc  
hominum autem esse ad hunc vsq; diē pro digni-  
tate laudare, vidē vsq; adeo contēmi, cum tamen  
tantus Deus sit, nōne indignū est? Mihi quidē ora-  
tio hæc Phædri vera videtur. Quare & huic munus  
id conferre gratificariq; cupio, & deum hūc hono-  
rari à nobis decens esse censco. Quod si & vobis vi-  
detur, cōgrua disputatio inter nos orietur. Laudan-  
dū quippe amorē ad vnoquoq; nōstrū, ex ordine  
ad dextrā, quam præclarissimè poterimus, arbor.  
Incipiat autem Phædrus, cum & primus sedeat, &  
huius sit sermonis inuentor. Tum Socrates, Nullus  
tibi, o Eryximache, inquit, repugnare. Ego enim  
qui

Phædrus  
primus  
sedebat  
facillimè  
inuenit.

qui isthuc tenetē, cū nihil præter amatoriam scire  
profitear? Nec etiam Agatho & Pausanias aduerfa-  
buntur, & Aristophanes insulō minus, cuius omne  
studium circa Dionysū Venerēque versatur, nec  
alius vllus eorū quos nunc intueor. Quamquam non  
æqua fors nobis obit, qui extremi discumbimus.  
Sed si priores scitē abudēque depinxerint, fat nobis  
erit. Verūm Phædrus scilicet auspicijs iam exor-  
diatur, Amorēq; honoret. His omnes quæ Soera  
dixerat, assensere, similiterq; iusserunt. Singula verò  
singulorum didā, nec Aristodeme memoria tene-  
bat, nec ego quæ ille recēdit, singula teneo. Eorum  
igitur orationē vobis nunc referam, qui memoratu  
digna dixerunt. Principiū equidē, quemadmodum  
dico, Phædrū dixit hūc in modum exorsū fuisse.

PHÆDRI COLLAVDATIO IN AMOREM.

**M**AGNVS Deus est amor, & apud deos  
hominēque mirandum, cum propter a-  
lia multa, tum maximè propter eius o-  
riginem. Cum enim ex antiquissimorū  
deorū numero sit honore dignus appa-  
ret. Id autē ex eo arguimus, quod parentes Amoris  
neque sunt, neq; ab vilo vel poetā, vel alio quouis tra-  
duntur. Sed Hædros principiū Chaos extitisse his  
verbis asserit, Terra ampla stabiliq; semper omniū  
sedes atq; Amor: post Chaos videlicet asserens duō  
hæc extitisse, Terrā atque Amorē. Parmenides autē  
de generatione illius inquit, Ante deos omnes pri-  
mum generaue Amorē. Aculeus quoque cū He-  
siodo sentire videtur. Atque ita passim Amorē ex an-  
tiquissimis esse cōceditur. Cum verò talis sit, maxi-  
morū honorū nobis est causa. Nam quid melius ac-  
cidere possit adolecētē, quā optimus amator: aut  
amatori, quā amafius optimus, non inuenio. Duo  
quidē sunt quæ à pueritia per omnē vitam ducere  
illum debent qui sit præclarē victurus. In rebus tur-  
pibus verēcundia, honestis glorie laudisq; studium  
hæc autē nobis, ne q; genus, neq; diuitijs, neq; hono-  
res præstare citius ac melius, quā amor possunt.  
Neq; absq; his duobus, aut ciuitas vnquā, aut priua-  
tus præclarū aliquid & magnificū perficere poterit.  
Aspero equidem amorē, si turpe aliquid agere, vel  
pati ab aliquo per ignauiā, nec repugnare & vicisci  
deprehēdatur, seu à patre, siue ab amicis, siue ab alio  
quouis hominē, haud tam vehemētē angī, quā si  
fortē ab amato deprehēderetur. Similiter adolecētē  
tunc maximè erubescere cernimus, cum amator  
eum turpe quid committetē offendit. Si quo na-  
tō fieri ciuitas vel exercitus posset partim ex his  
qui amant, partim ex his qui amantur, supra quā  
dici possit, fortiter agerēt administratēq; singula,  
dum per verēcundiam à turpibus abstinerent, & ad  
honestā quæsi quādā emulacione contenderent: ta-  
lēsq; homines vel pauci numero, vniuersos, vt ita di-  
xerim, homines prælo superarent. Amator sanē vel  
deserere ordinē, vel arma abicere coram amato, ve-  
hementius quam corā cunctis alijs hominibus eru-  
besceret. Imò obire sepenumero mallet, quā dile-  
ctū derelinquere, & in periculis nō succurrere. Nec  
quidquam adeo ignauius est, quem amor nō inflam-  
met, & ad virtutē diuinū reddat, vt viro fortissimū  
pat eudat. Etenim quod Homerus inquit vim furo-  
ris inque à deo quibuldā heroiū inspiratū, hoc amor  
amantibus dedit, de seipso immisum. Quinetia pro  
alio mori amātes soli eligūt, non viri tantū, sed etiā  
mulieres. Cuius sermōnis testimonium Græcis Al-

Alas  
pro vno  
amato  
punit.

ceste Pelæa filia manifestū exhibuit, quæ sola elegit  
pro viro suo perire, cū tamē ille & patrem & ma-  
trem haberet: quos alia propter amorem, charitate  
adeo superauit, vt eos extraneos & nomine dunta-  
taxat filio suo coniundos esse monstraret. Quod qui-  
dem facinus tam præclarū non tantum ab homini-  
bus, verum etiam à dijs est iudicatum, vt cū ē mul-  
tis qui multa & egregia gesserant, dij reuiscendi  
munus paucis admodū & præstantissimis attribuis-  
sent, hanc ab inferjs continuo suscitarent, tam egre-  
gio facinore delēctati. Tāti studij, virtutēmq; circa  
amorē dij æstimant. Orphēū verò Ceagri filiū voti  
impotentem ex inferis emiserūt, qui memoratu  
cuius gratia descendat, restitueret, sed illius phan-  
tasia mōstrantur, cū nō aunderet, vt Alceste, amo-  
ris gratia mori, sed vt potore citharædes, mollitie qua  
dam absterretur, & machinamenta quædā ex cogi-  
taret, quibus viuens ad inferna defecderet. Cuius  
delicti poenas cum pēdere decreuerūt, iustitiam que  
à formis laceraui. Achille autem Thetidis filiū ho-  
norarunt, & in beatorū insulas miserūt, quia cum ac-  
cepisset à matre, si Hædros occidisset, statim sibi  
moriendū fore: sin minus in patriam se rediturū, &  
senem denique moriturū, audacter elegit pro Patro-  
clo amatore suo pugnare, cuiq; mortē vicisci, nec  
pro illo mori solam, sed & perempto illo interfeci.  
Quod quidem magnopere probantes dij, insigni eū  
gloria decorarūt, quā tanti amatorē suum fecisset.  
Achylus autem planē dicitur, cum Patroclum ab  
Achille dicit amatum, qui nō Patroclo tantum, ve-  
rum etiam cunctis heroibus forma præstabat, erātq;  
adhuc imberbis, multoq; natu minor, vt inquit Ho-  
merus. Reuera virtutem hanc in amore dij plurimi  
faciunt. Vehementius autem admirantur, delectan-  
tūq; ac maiora beneficia cōferunt, quando amatus  
amatorē tutatur & diligit, quā cum amato ama-  
tum. Diuiniorem enim est amator amato, cum diuino  
furore sit raptus. Quamobrem Achille magis quam  
Alcesten honorarūt: illam quippe in beatorum insu-  
las transfulerūt. Ex his omnibus amatores aspero deo-  
rum omniū antiquissimū, atque honoratissimū, &  
maximè omnium ad virtutem & beatitudinē cōse-  
quēdam hominibus tam viuētibus quā defunctis  
cōducere. Talem fuisse sermonem Phædri narrauit.  
Post Phædrū verò alios quosdā fuisse locutos, sed ē  
memoria excidisse. Eos igitur prætermittens, hanc  
quam modò referam orationem, Pausania retulit.

PAVSANIÆ COLLAVDATIO.

**V**DETVR mihi Phædre, haud fatis re-  
quæ sit amoris esse propositus, quo  
amorem simpliciter laudare iubemur.  
Nam si vnus esset amor, probē dictum  
fuisse: Cū verò nō vnus sit duntaxat,  
satis fuerit ei prius qui sit laudandus, exprimere: hoc  
itaq; emēdare conabor. Primū enim quæ amorē lau-  
dare deceat explicabo, deinde pro dei istius digni-  
tate extollet nitar. Neminē profectō later, absque  
amore Venerē nunquā esse. Quare si vnus esset Ve-  
nus, vnus & amor. Quoniam verò duæ sunt Vene-  
res, geminū quoque amorē esse necesse est. Gemina  
autem deam hanc esse quis neget? Nōnne vna qua-  
dam antiquior est & sine matre Venus, cælo nata  
quam cælestem Venerē nuncupamus? Altera verò  
iunior ē Ioue & Dione progenita, quam Pandemū  
id est vulgarem communēque vocamus: Necessa-  
sarium itaque amorem Veneris Iouis socium atque  
adiutorem, cælestem vocari, huius verò, vulgarem  
Laudā

Orpheus  
emiserunt  
Paus.  
Hædros.

Gemina  
Amor.  
Geminus  
Venus.

Laudare quidem deos omnes decet: sed virtusque amoris opera distinguenda. Actionis cuiuslibet hec est conditio, vt suapte natura, neq; honesta sit, neq; turpis, vt ea que nunc nos agimus, bibere, canere, discipulare. Nullum ex his scipio turpe vel honestum Sed agendi modus actioni certū tribuit cognominatū. Quod enim bene recte q; agitur, honestū: quod non recte, turpe existit. Eadem ratione non quilibet amor & quis amandi modus, honestus est & laudatus. Imo ille solus, qui honeste amare nos hortatur. Etenim vulgaris cōmuniq; Veneris amor, reuera est & ipse vulgaris, & quodcunq; contingit, peragit. Atque is est, quo prauū abiectione homines amat. Amant poro fœminas non minus quā masculos, & corpora magis quā animos, & sine mēte homines potius quā prudētes. Ad explendū sanē desiderium inhiant honestē verō necne expleant, omnino non curant. Quo fit, vt quodcunq; fors illis offert, exequantur, & bonum similitur atq; malū. Afsectus enim huiusmodi à Venerē illa multo, quā alia, iuniorē, & virtuosū, sexus in generatione partecipe profuit. Amor autem qui cœlestē sequitur Venerem, quæ non fœminæ, sed masculi tantum sexus est particeps, puerorum tantum est. Deinde quoniā antiquioris Veneris est comes, & ipse petulantia omnis est expertus. Quocirca quicunq; amore hoc inspirati sunt, genus masculinum natura robustius & generosius, & mentis magis particeps diligunt. Et qui amore hoc sincere perfectē q; sunt rapti, ex hoc perspicue dignoscuntur, quod pueros non amat, sed adolecentes, cum mēte valere iam cœperint: quod tunc accedit, cum proximi sunt pubi. Pariati enim sunt arbitror, qui hinc amare incipiunt, per omnem vitam simul & communitate viuere, neq; amatum decipere, neq; ab vno in alterum amandum abire: neque enim pueros aliquid mentis expertes amant, quos deinde irideant & relinquunt. Oportebat autem legibus constitutum esse ne quis pueros amet, ne in re ambigua ratiū studium poneretur: Incerit enim est, quod aut corpus, aut anima puero rum tam secundum virtutem, quā secundum vitium postremō euadat. Probi quidem viri legem hanc si bipili spontē proponunt. Oportebat quoq; eisdem legi vulgares illos amatores adhibita necessitate subicere, quemadmodum illos ipsos pro viribus, amare mulieres liberas prohibemus. Nam hi sunt qui occasionem conuictis & quorundam sententiæ præbuerant, qui amatori obsequi turpe dicunt: qui quidem de vulgaribus amatoribus ista loquuntur, quia importunitate iniustitiamq; illorum agnoscent & improbant. Nihil autē quod modeste & legitime sit, vituperare decet. Lex vtiq; de amore in ciuitatibus aliis insubita, intellectu facilis est, quoniam simpliciter traditur. Hic autem & apud Laedæmonios varia extat. In Elide nanque & apud Bœotios, & vbi dicendi arte homines carent, simpliciter lege statutum est, morē amantibus esse gerendum, nec apud eos quicquam aut iuuenis aut senex, turpe id prædicat. Quod quidem ea de causa ab illis arbitror esse factum, ne in persuadendis adolecentibus elaborandū illis esset, vt pote qui ad orandum inepti sunt. In Ionia verō, & apud alios multos qui Barbaris subiecti sunt, omnino turpe hoc lege censetur. Nam inter Barbaros quidem propter tyrannides turpe sit habetur, & sapientiæ præterea atq; gymnasticæ studium. Neque enim tyrannus condugant ea studia, quæ subditorum mentes acutas ge-

nerosâque reddunt, quæ ve amicitias inter eos in diu solubiles, societasq; frequentes parant: quæ cum ab aliis, tum vel maximè ab amore signi confueverunt. Hoc autē ex re ipsa tyranni nolli didicerunt. Nam Aristogitonis amor & Hermodij amicitia cōfirmata, illorum tyrannidem dissipauit. Atq; vbi quicq; constitutum est turpe esse amatoribus morē gerere, iniquitate leges condentū cōstitutum est, vt principū quidem auaritia, subditorumq; ignavia. Vbi verō penitus permissa est, propter corū qui sic staturum socordia & segnitiam est permilla. Hic verō multo rectius est institutum: sed vt dicebā, nō facile cognitur. Concedi planē videtur, si quis animaduertat, quod dicitur, præclarus esse palā amare quā clanculum, eosq; præcipue qui generosi & optimi sunt, etiam si minus formosū quā alij videantur. Paucet quoq; amatori quamplurimum cōmuni omnium cohortatio, quasi nihil turpe aggeriat. Nam communiter si quis amatum capiat, pulchriū quiddā videtur si non capiat, turpe. Et lex ad amatū sibi conciliandū amatori mira quædam machinamenta concedit, laudari debet, vt decaat amatores amatibus obsequi. Quoties enim in idem cōcurrunt amator atque amatus, vtrique legē habentes, hic quidē obsecutus amatis iuste in omnibus ministrare feruit que paratus, ille rursus scientiæ morūq; præceptorū suo iuste in singulis pariturus: & hic quidem ad sapiētiam, aliāq; virtutes conferte potens ille autem eruditionē & sapientia indigens, tunc sanē in vnum his legibus cōcurrētibus dūtaxat euenit, vt honestum sit amatores amatoribus morum gerere: alias aliter nullo modo. In hoc vtrique falli, turpe non est. In aliis autē omnibus, obsequiū huiusmodi turpe censetur, siue obsequentem fallat opinio, siue non fallat. Si quis enim amatori, tāquam diuiti, diuitiarum causa gratificatus, fallitur, neque pecunias accipit, quāuis amator pauper esse comperiat, nihilominus vituperatur. Videtur enim hic ferulem animi sui habitum ostēdisse, quod pecuniarū gratia in singulis rebus cuius feruit: quod quidē minimē est honestum. Eadem ratione si quis tanquam bono gratificatus, ipse hac consuetudine speras euadere melior, fallitur, cū ille prauus esse deprehendatur, honesta quædam deceptio est. Nam videtur affectū suū demonstrasse paratū ad omnia ministeria virtutis cōsequendæ gratia toleranda. Quod sanē præclarissimum iudicatur. Hac itaque ratione virtutis causā gratificari, atq; feruire semper honestū. Hic autē est ipsius cœlestis decus amor, cœlestis & ipse: qui tam priuatum, q̄ publicē pretiosus est, & amatē pariter atque amatū virtutis curā studiumq; suscipere cogit. Ceteri verō amores Veneris vulgaris sunt comes. Hæc in presentia, ô Phædræ, velut ex tēpore de Amore tecum confero. Cum Pausanias paulam, id est finē dicendi fecisset: sic enim alludere vocaculo sapientes me docent: oportuisse inquit Aristodemus Aristophanē dicere, verūm singulū vel propter repletionē, vel propter aliā causam contingente, impeditū fuisse. Quocirca ad Eryximachū medicū cōtinuo post ipsum sedentem, ita loquitur: O Eryximache tua nunc inter est, ut singulū reprimere, aut pro me loqui donec cesset. Ad ea Eryximachū respōdisse: Vtrūque effici. Equidē tuo loco dicātū verō meo, postquā singulū abierit. Interim dum ipse loquor, si vis aliquandū spiritum cohibere, singulū cessabit. Si minus id placeat, saltem aqua multa intus allue fauces. Et si forte vehemēs est, nares commodē stimula vt fecerit

Capitulum  
deinde  
se ad  
prophetiam.

Xenophila  
fugit.

dos morēs exigitur. Deinde aut pecuniarum copia, aut magistratum potentia capi, turpe: siue timore quodam potius quam voluntate irretiat, siue acceptis pecuniis, ciuilibusq; muneribus acquisitis, nō cōtemnat. Nihil enim ex his solidū firmūque esse videtur, præter id q; ab his amicitia generosa oriri nequit. Vna itaque secundū legem nostrā via restat, qua amati amantibus iure gratificari possint. Etenim quemadmodū apud nos de manibus lex illa relata est, qua dicitur, nullū voluntarium amatoris in amatum obsequiū, adulatorium & infame tutidum: sic & alia quædam secundum legem voluntaria feruitus restat, quæ infamia nullam subit. Hæc autē est quæ circa virtutē versatur. Nā nostris legibus est institutum, si quis velit aliquem colere, putans per illum vel sapiētia quadā, vel in alia quouis parte virtutis proficere, hanc rursus voluntarium feruitutem neque de decori feruēt fore, neque adulationem vocari debere. Oportet autem has leges in idem conducere, illam scilicet de amatoribus, & hæc de philosophia, aliāq; virtute conscriptā, si vlla ratione contingere debet, vt decaat amatores amatoribus obsequi. Quoties enim in idem cōcurrunt amator atque amatus, vtrique legē habentes, hic quidē obsecutus amatis iuste in omnibus ministrare feruit que paratus, ille rursus scientiæ morūq; præceptorū suo iuste in singulis pariturus: & hic quidem ad sapiētiam, aliāq; virtutes conferte potens ille autem eruditionē & sapientia indigens, tunc sanē in vnum his legibus cōcurrētibus dūtaxat euenit, vt honestum sit amatores amatoribus morum gerere: alias aliter nullo modo. In hoc vtrique falli, turpe non est. In aliis autē omnibus, obsequiū huiusmodi turpe censetur, siue obsequentem fallat opinio, siue non fallat. Si quis enim amatori, tāquam diuiti, diuitiarum causa gratificatus, fallitur, neque pecunias accipit, quāuis amator pauper esse comperiat, nihilominus vituperatur. Videtur enim hic ferulem animi sui habitum ostēdisse, quod pecuniarū gratia in singulis rebus cuius feruit: quod quidē minimē est honestum. Eadem ratione si quis tanquam bono gratificatus, ipse hac consuetudine speras euadere melior, fallitur, cū ille prauus esse deprehendatur, honesta quædam deceptio est. Nam videtur affectū suū demonstrasse paratū ad omnia ministeria virtutis cōsequendæ gratia toleranda. Quod sanē præclarissimum iudicatur. Hac itaque ratione virtutis causā gratificari, atq; feruire semper honestū. Hic autē est ipsius cœlestis decus amor, cœlestis & ipse: qui tam priuatum, q̄ publicē pretiosus est, & amatē pariter atque amatū virtutis curā studiumq; suscipere cogit. Ceteri verō amores Veneris vulgaris sunt comes. Hæc in presentia, ô Phædræ, velut ex tēpore de Amore tecum confero. Cum Pausanias paulam, id est finē dicendi fecisset: sic enim alludere vocaculo sapientes me docent: oportuisse inquit Aristodemus Aristophanē dicere, verūm singulū vel propter repletionē, vel propter aliā causam contingente, impeditū fuisse. Quocirca ad Eryximachū medicū cōtinuo post ipsum sedentem, ita loquitur: O Eryximache tua nunc inter est, ut singulū reprimere, aut pro me loqui donec cesset. Ad ea Eryximachū respōdisse: Vtrūque effici. Equidē tuo loco dicātū verō meo, postquā singulū abierit. Interim dum ipse loquor, si vis aliquandū spiritum cohibere, singulū cessabit. Si minus id placeat, saltem aqua multa intus allue fauces. Et si forte vehemēs est, nares commodē stimula vt fecerit

nutatio irretitur. Nam si id semel, aut bis fecerit, etiam si vehemētissimus sit, collatur. Antequam finem dicendi fecerit, inquit Aristophanes, quæ iubes, efficiam. Tunc Eryximachum ita loquitur.

ERYXIMACHI COLLAVDATIO.

NECESSARIUM inquit, mihi videtur, postquam Pausanias recte exorsus, sine impostum minus sufficienter, quod deest a me nunc impleri. Distinctionem quiddam illa qua in duo distributus est Amor,

approbo. Verūm nostra hac medicinæ arte comperisse mihi videor, non solum animis hominum, erga pulchros Amore incelle: verum etiam ad alia multa, atque in aliis tū corporibus animalū omnium, tum his quæ ex terra nascuntur, ac denique in omnibus, vt ita dixerim, quæ in rerum natura consistunt. Magnum quoque atque mirabile hūc deū per omnia tam humana, quam diuina latissime se potrigere. A medicis peritia primō exemplū capia, vt artem meā venerer. Corporū sanē natura Amore hūc geminum cōtinet. Quod enim in corporibus nostris bene valet, & quod malū, aliud atque dissimile esse constat. Quod verō dissimile est, dissimile cupit & amat. Alius ergo qui in sano corpore Amor, alius qui in ægroto. Et, vt paulo antē Pausanias asserbat, reuerentis hominibus gratificandū esse, interperat vtrū nequaquāta & in ipsi corporibus bonis quidē sanisq; obsequendū est, in quo maximē ratio medicæ cōsistit: malis autē ægrotisque minimē, si modō artificiosus quis vult medicus esse. Est autē, vt summatim dicam, medicina scientia qua amatori affectus corporis quo ad repletionem euacuationemve

stetit  
na quid

noscentur. Et quisquis pulchrum & deformē in his amore discernit, is medicus peritissimus sit. Quive ita permutare hæc potest, vt pro altero amore nascatur altera: aut quibus abest Amor, adesse autē oportet, immittere valeat, & insitum eximere, eruditus sit artifex. Posse autem oportet, quæ in corpore inimica maximē sunt, cōciliare, & amore illis inferere mutuum. Inimica verō maximē sunt, quæ contraria maximē, frigidum calido, amarū dulci, humidū siccum, ceteraq; huiusmodi. Cum Amore his mutū cōcordiamque inferere sciret, nollet ille progenitor Aesculapius, vt hi poëta restat, quibus & ipse credo, arte nostrā composuit. Medicina itaq; omnis ea ratione qua loquor, ab hoc deo gubernatur. Similiter quoq; agricultura atque gymnastica. Quod autē eadē sit & de musica ratio, perspicuū esse cuius potest, qui vt paulisper aduertit. Quod Heraclitus forsitan sentit, vt his tamen parum explicat. Vnum quidem, inquit, secum ipso discrepans cōuenire, vt harmonia tum arcus tū lyre. Atque absurdum dictū est, harmoniam discrepare, atque ex discrepantibus quandū difsonā esse. Sed hoc forte significare volebat, quod ex his quæ prius discrepabat, graui scilicet & acuto, deinde per artem musicam consonantibus, harmonia conficitur. Nunquam enim ex graui & acuto dum discrepant, harmonia conficitur. Harmonia nanq; cōueniens est. Conueniens verō, concordia quædam. Concordia autem ex discrepantibus donec discrepat, fieri nunquam potest. Quod verō discrepat, neq; est cōcors, cōuenire nequit, que eademmodum rhythmus ex veloci & tardo, antea discrepantibus, postea verō cōuenientibus constituitur. Et quemadmodum humoribus medicina concordiam, ita vocibus musica consonantiam tribuens, Amorem cōsensumque mutuum gignit. Atqui est

musica scientia circa harmonia & rhythum, affectus amatorios virtusque diuicias. Sanè in ipsa harmonia & rhythmi compositione vis amatoria facile percipi potest. Verum geminus Amor nondum hic distinguitur, sed tunc demum, cum ad alios rhythmo & harmonia est vtendū: vel fingendo, quam melodie factiōnem vocant, vel vtendo rectè his quæ facta sunt, melodiis & metris, quam disciplinam nominant. Vbi difficultis obseruatio est, & peritio est opus artificis. Huc iā superior ille sermo reuertitur, quod videlicet in modis hominibus, & his qui nondum satis modesti sunt, vt fiant, gratificandum, horumque seruandus est amor. Atque hic est decorus ipse & celestis Vraniique musæ Amor. Polymnia verò muse, vulgaris. Cui summa cautione indulgendum est, vt voluptatem quidem homines hauriant incontinentiam verò deuitet. Sicut in arte nostra arduum est cupiditatibus quæ ad suas coquorum epulas nos alliciunt, rectè vt, ad vobis abque bonæ valetudinis detrimētō suauiter his velcamur. Quamobrè & in musica, & in medicina, & in aliis omnibus, tam humanis quam diuinis, vtunque amor qui omnibus inest, vt vobis obseruare debemus. Quinetiam anni temporum cōsuetudine vtrisque his plena est. Nam quoties illa quæ modo dicebam, calida & frigida, sicca & humida, congruum inter se fortiuntur amorem, & harmonia, temperiemque opportunam suscipiunt, salubrem & fertilem annum hominibus, animantibus omnibus, contra verò, cum petulant & contumeliosus amor in anni temporibus præuulerit, iniuria multa corrumpit. Pestes siquidem ex his orti consueverunt, alique morbi permulti & varij brutis ac plantis innascent. Quoniam pruina, glacies, grandis, legetimque rubiginis, & putredines ex immoderato & excedente qualitate amore proueniunt: horumque & cæli motus, & anni temporū scētia, astronomia vocata est. Præterea sacrificia omnia, & illa quibus vaticinium præest, communiones videlicet deorum hominumque inuicem, circa nihil aliud versantur, quam amoris curationem atque custodiam. Omnis enim impietas tunc accedere consuevit, quando quis modesto amori haud indulget, nūc illum honoras in omnibus veneratur, sed circa amorem alterum peruagatur, nec officio congruè erga parentes viuos & defunctos, & erga deos vtitur. Hos amores discernere atque curare vaticinij propositum est. Est insuper vaticinij amicitia inter deos & homines opifex, ex eo q̄ intelligit qui potissimum ex humanis amoribus fas aut nefas attingit. Atq; ita multa & amplā, imò verò omnē vim summam quidem omnis continet amor: sed qui circa bona cum tēperantia & iustitia tam erga nos quam erga deos versatur, vim summā habet, omnemque nobis beatitudinē exhibet. Nam & nos inuicē cōmuni vita conciliat, & diis humana natura præstantioribus amica efficit. Fortè & ipse multa ad laudandum Amorem pertinent, prætermitto, neque spōte tamen. Quod autem deest, tuum est Aristophanes adimplere. Vel si aliter hunc deū honorare vis, nota, quū singulus ipse cessauerit. Iam sedatus est, ait dixisse Aristophanē, non tamen prius quam sternutamento repressus. Quò se vt admirer, si congrua corporis affectio huiuscemodi crepitibus & titillationibus indiget, qualis est sternutatio. Etenim simulatque sternutatio exorta est, continuè desistit. Vide, o bone Aristophanes, quid agas, respondisse

At. si a quid.

Abstrusius quid.

Vaticinij quid.

Significat vtriusque veniunt.

Eryximachum. Risum contra te moues, sermone habitorum, & obseruatorem me fieri cogis sermone tuo, siquid forte ridendum protuleris, ut loqui feceris huiusmodi. Probè loqueris Eryximache, Aristophanem dixisse. Sint ista mihi non dicta, sed ne me obserues neque enim verè eorū quod risum moueat, in medium afferam: hoc enim musæ nosse licet utrum propinque esset, sed ne deridenda proferas, timeo. Emisso, respondisse Eryximachum, in nosiuculo Aristophanes aufugere speras. At mentem dicens adhibe, tanquā rationem didorum omnium redditurus: fortè verò, si videbitur, te dimitram.

ARISTOPHANIS LAVDATIO.

**A** LITER de Amore quàm tu & Pausanias loqui cogite. Mihi enim planè videntur homines Amoris vim omnino haec esse ignorare. Nam si ea nosset, delubra illi insignia, aras, & hostias dedicarent: quorum nihil his temporibus agitur, cum erga illum maxime omnium obsequere hæc deceat. Est enim præ cæteris diis summo operi generi humano beneficis, curator & tutor hominum atq; medicus, quibus sanatis, summam genus nostrum felicitatem nauisceretur. Conabor itaque vni illius vobis exponere. Vos autem quæ à me hodie percipitis, alios deinde docebitis. Oportet in primis qualis hominum quodā natura fuerit, quæ vobis illius passionis, perdiscere. Neque enim qualis nunc est, olim erat, sed longè diuersa. Principio tria hominum erant genera, rō solum quæ nunc duo, mas & femina, verum etiam tertium quoddā aderat, ex vtriusque cōpositum. Cuius solum nobis restat nomen, ipsum peritit. Androgynum quippe tunc erat & specie & nomine, ex maris & femina sexu cōmixtum. Ipsum profectò defecit, nomen solum in fame relictum. Præterea tota cuiusque hominis species erat rotunda, dorsum & latera circum habens, manus quatuor, totidemque crura, vultus item duos tereti vertice cōnexos, & omnino cōsummas. Caput vtriusque cōtra ventris, vnum. Aures quatuor, genitalia duo, & alia singula, vt ex his quibus conuenienter existimare potest. Incedebat tunc & redus, vt nunc, in vtram vel partem: & quoties celerius ire contenderet, instar eorum qui prono capite crura sursum circumferentes circulem choream exercent, tunc odo membris innixus celeri circulo ferebatur. Ob hanc verò causam tria genera & talia erant, quia masculum Sole genitū erat: Femina, Terra: promiscuum deniq; Luna, Vtriusque enim Luna est particeps Spheca verò erāt & figura, & motu, quia parentū similia. Vnde & robusto corpore, & elato animo erant. Quare cum diis pugnantē tēbant, & in cæli ascendere, quemadmodum de Ephialte & Oto scribit Homerus, Iupiter igitur vnaqueque dii ceteri quid agendum esse consultauerunt. Quia in re nō parua inerat ambiguitas. Nam neque quomodo eos inter fieri cēt, reperiēbant, ne eorum sicuti Gigantum, fulminando genus delerēt: extindit enim hominum genere, humanus deorū cultus veneratōque periret, neque in tanta insolentia perseuerare illos permittere dēcebant. Tandem sententia Iupiter suam explicuit. Inueni, inquit, quæ ratione fieri possit, vt & sint homines, & modestiores sint. Idq; erit, si in bæc illiores fiant. Vnūquēque nūc duas in partes diuidam. Ex quo & debiliores erunt, & nobis etiā magis id conducit. Numero siquidē plures erunt qui nos colent. Recti duobus curibus ibunt. Quod si rursus in

psa haec oratio mea.

Ita.

pie in

piè insurgere videantur, iterū in duo secabo, vt vnicuique erit nixi, vt potē claudi, saltare cogantur. Hæc factus bifaria partitus est singulos, instar eorum qui oua diuidunt, vt sale cōdiant, vel qui capillis oua secant. Madauitq; Apollini, vt partitione statim facta, cuiusq; vultu certiusq; dimidiū in eam partem qua scētus est, verteret, vt scissionem suam considerans modestior fieret, reliquis autem mederi iussit. Ille continuè vultum vertit, & cōtrahens vndique cutem in eū qui nunc venter vocatur, tāquam contracta marsupia & os vnum faciēs, medio in ventre ligauit. Quem quidem nexum vmbilicū vocant. Et alias quidem rugas maxima ex parte læuigauit, pectoraq; articulati distinxit, in strumento quodam tali vtens, quali coriarij cum corrigas super pedis formulā poliant: nonnullas verò circa mediū ventrem vmbilicūque, reliquit, vt quasi cicatrices quædam passionem nobis veterem semper representarent. Postquam natura hominū ita diuisa fuit, cum quisque dimidiū sui agnitū superet, inter se conuertebat, circūmactūque brachia se inuicē complectebant, consiliarij vni affectantes. Vnde fame, & torpore deficiebāt, eò quod nūquam se iungi vellet. Et cum dimidiū vni moriebatur, restabatq; alterū, quod supererat rursus aliud accidebat, similiterq; cōgredebatur, vix solius cuiusdā toriusque femina dimidiū esset, quam feminam nūc vocamus, seu viri. Atque ita genus hominū deperibat. Quocirca miseratus Iupiter, remediū aliud excogitauit, permittat genitalia, & quæ prius retro erat, ad anteriores partes trāstulit. Antea siquidem cum ad nates hęc haberent, non inuicē, sed in terrā spargentes femina cecidatū instar concipiebant, atque generabant. Cū verò ad anteriora trāspolisset, per hæc generationē in se inuicē fecit expleri: per masculum quidem in femina, hæc de causa, vt si in amplexu viri femine cōmixceretur, genita prole speciem hominū propagaret. Sin autem masculo masculos, fatiatæ ab amplexu amouerentur, & ad res gerendas cōueniē vultum curaret. Hinc vtrique ex illo tempore mutuos hominibus innatus est amor, præter naturæ cōciliator, annuens vni ex duobus efficeret, hominūque naturæ mederi. Est igitur quisque nostrū dimidiū hominis, vt potē scētus, quemadmodum pisciculi qui Plectæ vocantur, scissi ex vno duo efficiuntur. Quærit autē perpetuū sui quisque dimidiū: quamobrè quicumque ex viris promiscui generis portio sunt, quod olim Androgynum vocabatur, mulierosi sunt, a dulciorique vt plurimum ex his reperiuntur. Ex hoc sanè genere mæchi ducitū originem. Rursus quæcumque mulieres virorū cupidæ mæchæque sunt, hæc stirpe nascuntur. Quæ verò mulieres mulieris pars existunt, haud multū viros desiderat, sed feminas magis affectat, atque hinc feminæ que feminas cupiunt nascuntur. At verò qui maris portio sunt, viros sequuntur. At dum pueri sunt, vt potē qui maris particula sunt, viros diligunt, virorūque familiaritate assidua cōgressuq; gaudet: hinc sunt puerorū adolecētorūque omnium generosissimi, quippe qui natura præ cæteris omnibus sunt viriles. Hos quidam impudicos falsò appellāt. Neque enim impudētia vlla, sed generositate, & fortitudine quadā mascula virilique natura hoc agunt: nam simili foed cōgratulantur. Huius euidentis argumentum est, quod cum adoleuerint, soli ad civilem administrationem cōueniē, viri præstantes euadunt, & in xtate virili cōstituti, ipsos adolecētes diligunt,

matrimonium verò filiorūque generationem natura spernunt, nisi lege cogantur. Cæles potō vitæ his placet. Omnino igitur vt talis maris diligit, amicorūque studiofus efficitur, cognato semper cōgratulatur. Quoties itaque dimidiū suum aliquid, cuiuscumque sexus audis sit, occurrit, vt hæc mētissimè cōcitantur, & oblitescunt, amicitiaque & familiaritate & amore ardente, neque momentū quidem, vt ita dixerim, se iungi à se inuicem patiuntur. Atque hi sunt, qui per omnem vitam amare pergunt, neque quid potissimum à se vicissim expectant, ex primere possunt. Neque enim veneres coitus id esse videtur, cuius gratia alter alterius cōfuctudine tā opere delectatur. Aliud quiddā est profectò, quod animus vtriusque cupit, nec exprimere valet, sed vaticinatur potius conuictaque, & affectum in finem veltigis signat oblectus. Atqui si vna iacentibus illis superne Vulcanus cum suis instrumentis adstant interrogaret, quid est, o homines, quod à vobis vicissim exigitis? & ambigentibus illis iterum percontaretur: Nunquid hoc exoptatis, in vni idemque maximè cōgredi, ad eò vt neque die neque nocte inuicē separeremini? Si hoc affectatis, colliguetisiam vos cōfundam que in idem, vt ex duobus vnum efficiamini, & tā in hac vita, quam apud inferos vni semper peruereris. Videte an hoc sit quod ardetis, satisque futurum sit vobis, si huius cōmpositores efficiamini. Si ita, inquam, Vulcanus quereret, cōstat quod nemo reueneret, aut aliud quàm hoc expectere videretur. Reuera enim quod olim cupierat, audisse se quisque putaret, cōgressu videlicet cōmixtionēque cō amato vni ex duobus cōfici. Huius causa est, quia profectò hominū natura hæc erat, integritate eramus. Totius itaque reficiendū cupidō nixulque, amoris nōm accepit. Olim quidem, vt supra narraui, vnum eramus. Deinde propter iniustitiā Adæ scissi fuimus, quemadmodū à Lacedæmonis Arcades. Verendū est præterea, ne si minus modesti quàm deceat in Deos simus, iterum diuidamur, talique efficiamur, quales qui in columbis figurantur nates scētis, euadamusque similes tenuissimorū quorūdam animalium quos Lipse vocantur. Sed horum gratia vnum quæque decet summa pietate deos colere, & alios ad hoc exhortari, vt hæc vitemus, ad ipsa muraret illa, quemadmodū nos duo nosster amor & impugator admonet, cui nullus repugnare audeat. Repugnat autem huic, qui aduersatur diis. Nam si Deo reconciliati eum propitium habuerimus, singuli dimidiū suum exoptatum reperiemus & consequemur. Quod quidem pauci his temporibus agunt. Neque sermone hunc memi Eryximachus iste corripit, quasi Pausaniam Agathonemque dicam, fortè enim & isti ex his sunt, & natura ambo maris existunt. Affero equidē de omnibus viris ac feminis, ita demum genus nostrum fore beatū, siquandam amoris impetum expleamus, & suis quisque delectis potiarur, in antiquam naturā penitus restitutus. Si hoc felicissimum quiddam cōgressuq; gaudet: hinc sunt puerorū adolecētorūque omnium generosissimi, quippe qui natura præ cæteris omnibus sunt viriles. Hos quidam impudicos falsò appellāt. Neque enim impudētia vlla, sed generositate, & fortitudine quadā mascula virilique natura hoc agunt: nam simili foed cōgratulantur. Huius euidentis argumentum est, quod cum adoleuerint, soli ad civilem administrationem cōueniē, viri præstantes euadunt, & in xtate virili cōstituti, ipsos adolecētes diligunt,

B est

est Eryximache de amore sermo, à tuo diuersus quem, vt supra orauit, ne carpas, vt audiamus quid quisque rei quorsu afferat: imò quid verque. Nam Agatho dicitur & Socrates restant. Morè tibi ge-  
 rā, dicere Eryximachū. Nam mihi oratio tua placeat. Et nisi cognouissim Socrate, & Agathonē in an-  
 thorioris esse facidos, vehemēter dubitarem ne verba illis desicerent, eò quod multa variāque sunt dicta. Verum adhuc illis cōfido. Seruē & ipse certali, o Eryximache, Socrates, inquit, dicebat. Vtrū si in co-  
 gradu cōstitutus es, in quo nunc ego sum, imò in quo ero cūm Agatho quodue scite dixerit, perinde vt ego nūc maxime formidates, & angustis vndiq; premeris. Incantationibus circumuenire me vis, o Socrates, Agathonē respondisse, vt in cōspectu vestro pauēscā, quòd magna apud vos tanquā in thea-  
 tro de me expectatio sit, quasi elegantissimè sim di-  
 cturus. Nimis, o Agathon, obliuiofus essem, dixisse Socrate, si te nūc propter nos tam paucos homines trepidaturum putare, quē tam fortiter, tamque gene-  
 rose ascēdisse pulpum tragicū vñ cum histrio-  
 nibus viderim, & sine vllō terroris motu corā tanta spēctātum multitudine carmina tua protulisse. Ne me adeo, dicere Agathonē, theatri ludiosum eiusq; fauori deditū putes, vt ignore prudenti vito pauco-  
 rum sapientē magis, quam multorū insipientium iu-  
 diciū esse verendum. Iniquè iudicāre Agatho, Socrate dicere, si quid in te nullū existimarem. Noui equidē, quòd si in aliquos incideres tuo iudicio sa-  
 pientes, magis eos quam vulgus curares. Sed vide ne ipi tales minime simus. Interfuius ibi & ipsi, vulgariū numero computati. Sin autem alius occur-  
 teres sapientibus, nequid in eorum cōspectu inepte faceres, formidares. Nunquid aliter dicis? Non ve-  
 ra enim refers, dicere Agathonē. Vulgus autem non metueres, dicere Socratem, si quid ineptum cōmit-  
 tere te putares. Hic Phēdri, o amice Agatho, subie-  
 cisse, si Socrati respōdere pergis, nihil curabit quo-  
 modocūque cetera hic agantur, modo habeat qui-  
 cum disputet, pulchro prelerim. Equidem libetere Socratem audio disputantem. Veruntamen curan-  
 dum mihi est, vt amor à singulis ordine certo laude-  
 tur. Laudate igitur & vos Deum primò, postea arbi-  
 tratu vltro inuicem disputabitis.

AGATHONIS ORATIO.

**R**ECLARE loqueris Phædre, Agathonē dixisse, neque me quicquam dicere prohibet. Cum Socrate quidem saepe alius disputa-  
 re licebit. Ego verò nunc primum quatenus dicē-  
 dū sit, demonstrabo, postea dicam. Videntur mihi omnes qui hæcenus locuti sunt, nō ipsum Deū lau-  
 dasse, sed beneficia quæ feliciter ab illo cōferuntur hominibus narrauisse. Qualis verò ipse sit qui horū bonorū causa est, nullus adhuc expressit. Recta autē laudandi ratio sola in omnibus illa est, qua illius de quo agitur natura prius ostenditur, postea quorum causa est declaratur. Sic & in præsentia qualis ipse sit amor primum ostēdere decet, deinde munerā illius exponere. A sero equidē cūm dij omnes beati sint, auorem, si modo fas est & tolerabile dictū, esse omnium beatissimū, quippe cū pulcherrimus omnium optimusque existat. Quod verò pulcherrimus sit, ex eo primū patet, quòd deorū, o Phædre, omnium maxime iuuenis est cuius ipse euidēs argumētū præbet, cū senectutē fugiat, velocē videlicet, quæ citius quam oportet adueniat, eamque amor natura odit,

*Prudenti  
vita pau-  
corum sa-  
pientē ma-  
gis quam  
multorū in-  
sipientium  
iudiciū esse  
verendum.*

*Re. 7. v. 2  
m. 1. d. 1.*

fugiatque iuuenibus verò se miscet. Scire quidē ve-  
 teri proverbio fertur, simile simili semper harere. Ex-  
 eūm multa Phædro cōcedo, in hoc vno minime as-  
 sentior, quòd amor Saturno & Iapeto sit antiquior. Imò præ ceteris diis iuuenē esse aio, semperque iu-  
 uenē præta verò deorum necesse est: Hesiōdus Par-  
 mentidēque describit, & cetera sit potius quā amo-  
 ri attribueda, si modo illi vera narratū. Neque enim castrari inuicē, & vniēri, aliāque violenta permulda diis olim cōgrissent, si amor illis tunc adfuisse: sed beneuolentia, & pax summa regnasset, quæ ad modū minē, ex quo imperare diis amor inceptit. Ergo iu-  
 uenē est, & tenet præterea, mollisque. Opus autem est tali quodā poeta, qualis Homerus exitit, ad tenerā amoris mollitiē demonstrādā. Homerus quidem Atē, id est calamitatē, deā inquit esse, & mollē. Vtq; illius pedes teneros esse ostēderet, ait nunquam pavimētra calcare, sed per capita hominum incedere: perspicua sanē cōiectura q; tenera sit, vltus fuisse videtur, quia per durā non graditur, sed mollia tangit. Eodem nobis vtendū est argumētum, q; tener sit Amor ostēdere cupientibus. Neque enim per terit, & caluarias vadit, quæ nos admodū molles sunt, sed mollissimis omnium rebus se infigit atque permanet. In animis quippe & mētibus deorū & hominum se-  
 dē sēdē locat. neq; tamen in quibuslibet animis: nam durum animi offenderit habitum, aufugit: sin autē mitē mollemq; inhabitat. Cū itaque mollis-  
 simarum rerū mollissimās semper partes pedibus totōque tangat, tenerrimum esse amorē necesse est. Quapropter & iuuenis est, & tener præ ceteris amor. Quinetiaque instat liquidus est, & lubricus: Non enim vndiq; per omne animam circumfluere possit, & clam influere, & cōfluere clam, si durus ac rigidus esset. Aptē verò, cōposita, flexibilisq; forme; argumētū esse formositas potest, hoc est figuræ cō-  
 cinnitas, qua amor omnium maxime proculdubio decoratus est. Inter deformitatē portū & amorē est pugna perpetua. Coloris quoque decorē affidua inter flores habitatio huius Dei significat. In eo siquidē quod florib; caret aut desloruit, siue corpus, siue animus, seu quoduis aliud sit, Amor ipse nō insidet. Vbi cūque vero floridus, & odorifer est locus, gratissimè conquelescit. De huius dei pulchritudine per multa insuper asserri possent, sed ista sufficiūt. Deinceps de virtute amoris est dicendum. Quod in primis maximi faciendū est, Amor nec iniuriā inferit Deo, vel homini, nec a Deo, vel homine iniuriā patitur. Non enim ipse vi patitur, si quid patitur. Nam violentia non tangit amorē. Neque vi facit, si quid faciat. Quisq; enim spē amoris in singulis patet. Quicquid verò volens quispiā cum volētē vltro contrahit, iusta habetur, vt regie ciuitatis leges statuit. Nec iustitia solum, verum etiam summa est rēperātiq; participes. Siquidē inter omnes cōuenit rēperātiā esse, libidinisq; & voluptatis dominari nul-  
 lamq; voluptatē esse amore potentiorē. Quòd si voluptates omnes amore imbecilliores sunt, ab illo vti que superantur, ille verò dominatur. Amor itaque quoniam libidinis, & voluptatis dominatur, mirum in modū est temperās. Quod ad fortitudinē præterea neque Mars equidem Amori resistit. Neque enim Mars amorē, sed amor Veneris, vt fertur, Martem detinet, potentius autem est quòd detinet quā quod detinetur. Qui verò ceterorū fortissimū dominatur, omnium absque dubio fortissimus iudicandus est. De iustitia igitur, temperatiāque, & forti

*Præterea  
Semi-  
mili-  
gna-  
da.*

*Ulla.*

*Tipter-  
ta quod.*

*Omnes  
volupta-  
tes ab  
amore  
superantur.*

*forti*

fortitudine huius dei satis est dictum. De sapientia deinceps dicendum restat, quod quidem pro viribus est exquendum. Principio, vt & ipse artem meam, perinde ac suam Eryximachus, honorem, hic deus poeta est adeo sapiens, vt alios quoque poetas possit efflicere. Quilibet enim licet antea rudis, poeta euadit, cūm primum amor afflauerit. Ex quo perspicuè coniectare licet amorem peritum esse poetam, omnēque summam multicos poētis numeros cōtine-  
 re. Nam que nec habet aliquis, neque noscit, alteri dare, vel mōstrare nō potest. Quòd vtiq; per amoris sapientiam animalia cuncta gignantur atque nascantur, quis dubitet? Artium præterea facultatem, nōne ab hoc Deo tradi videmus: eūmque hominē cuius hic est præceptor, quavis in arte præcelleret, elatrumque euadere: contra verò eūm qui ab amore non tangitur, in obscuro iacere? Sagittandi nanque, medendi, & diuinandi peritiā appetitu atque amore dūce inuenit Apollo, qui est Amoris discipulus. Musicam similiter Musæ. Fabricam Vulcanus ætariā. Texendi artificium Minerva: Iupiter deorum hominūq; gubernationem. Quocirca res deorum amore interueniēte dispositæ sunt, amore inquam, pulcherrimèq; deformitatem quippe non sequitur amor. Antea verò, vt initio dicebā, permulta atque atrocia inter deos propter necessitatis regnum, vt dicitur, congeruntur. Postquā verò deus hic ex pulchrorū desiderio natus est, bona omnia tam ad deos quam ad homines prouenerit. Ita mihi videtur, o Phædre, amor ipse primū pulcherrimus optimusque esse, deinde talia quædam ceteris quoque largiri. Succurrit mihi in præsentia metricum quiddā, Hic dicitur eū qui pacem largitur Hūmano pacem generi; pelagorū serenum Vultum, tum requiem ventis, hominūque cubile, Et somnum curis permittum. Hic rutilicatem à nobis amouet. hic nos familiaritate conciliat, certus huiusmodi omnes congregans. In solēnis festisq; diebus, in choris, in sacrificiis, dux nobis & præsidens. Manferunt quidem portigenes, exterminās ferantem, beneuolentiæ largitor, maleuolentiæ omnis expulso, propitius, beneficus, spēctandus sapientibus, diis placidus, exoptādis expectibus, participantibus possidēdus atque tenēdus. Deliciarum, mollium illecebrarū, gratiarum dulcis perfusio, & desiderij pater. Bonorū studiosus, malorum spretor: in labore, in timore, in desiderio, in sermone gubernator, perfectus adiutor, seruatoriq; præcipuus. Cū deorum deorum atque hominū deus, & dux pulcherrimus atq; optimus: Quem profecto sedari debet, præclarisq; hymnis venerari vir quicunque cantilene illius participēs, quam amor ipse concipit, mentem deorum hominūque permulcens. Hæc igitur oratio mea Phædre, deo vouetur, partim iocis, partim seris rebus pro ingenij mei facultate referēda. Dum hæc Agatho dixisset, quemadmodum retulit Aristodemos, conuiuare omnes summo quodam applausu orationem ipsam comprobauerunt: vt pote quæ sicut & Agathone & Deo dignū erat, habita videretur. Quapropter Socrates, ad Eryximachum cōuersus, inquit, An non merito, o Acumen fili, supra timuisse nunc video, quòd reuera contigisse vaticinatus, quòd Agathon elegantissimè loqueretur, vnde mihi verba de ore putabam? Vnum quidem, Eryximachum respōdisse, rectē vaticinatum te puto, scite locūturum Agathonem alterum verò rēdi, defuturam faciendam, minime. Qui non, dixisse Socratem, & ipse, o beate, & alius quibus

à dicendo absterreatur, cui post tam luculentā copiosāque orationem sic loquēdum? Et cetera quodam quamvis aptè composita, non adeo miranda videntur elegantiam verò nominum atque verborum qua in orationis calce est. Vnus, quisq; animaduertent, protinus obtulisset. Quandoquidem & ipse cum intelligerem non posse me eloquētia propè accedere, parum absuit quum verēcundia motus hinc alio, si quò licuisset, abire. Etenim Gorgiæ sermo ad nouit, quòd illud mihi Homericum cōtigitisset. Extimui nempe ne finem verbis imponens Agatho, Gorgiæ faciūdi caput ē sermone suo in incertū transmittens, mutum me factum, lapidem pro homine redderet. Tunc demū temerè promississe me agnouit, amorem vobiscum pro virili mea collaudaturum, & inceptē amatoris profectum fuisse, quom omnino nec scirem qua quidque sit ratione laudandum. Putabam equidē ob ruditate meam, de quo-  
 cunque quod laudatur à nobis vera oportere referri, & hoc quidem adesse atque licere, ex his autē pulcherrima seligentes quam decentissimè adscribere nos debere. Quocirca ingenti quādā spē elatus sum, quasi re dē dicturus, quandoquidem veram laudādi rationem, vt videbatur, haberē. Tandem verò haud cōgruus laudationis hic modus apparuit. Oportere nanque videtur, maxime quæque, & præclarissima rei quam laudamus, ascribere, siue teuera illi adfint, siue non adfint. Nihil enim referre fabianē an vera sint, cum propositum sit nō quomodo amor ipse laudetur, imò vt quique amorem laudare quam maximè videatur. Quapropter vniuērsi amoris tribuissē, talemque eum esse, & talium tatorūque causam affimatis, vt quā pulcherrimū optimūq; appareat, ignorantibus videlicet. Nunquam enim intelligentiū laus huiusmodi recta, & pura iudicaretur. Equidem laudationis huius modū penitus ig. orabam. Nesciens itaque vobiscū conueni me quoque inter alios collaudaturum. Lingua ergo pollicita est, mē verò nequaquam. Abiit igitur à me istiusmodi laudatio. Neque enim sic illi extollere possem. Vtuntamen si vultis, nūc meo vera loqui cupio, & ad me ipsum respicere potius, quam cū orationibus veltis certare, ne risum moueam. Vide itaq; Phædre, vtrū vobis placeat orationē huiusmodi nunc audire que de amore vera duntaxat enarret, verborum nōminūque vtiq; que accedit compositionē procedēs. Phædrum igitur. Mihi sanē & alius placet, dicere, vt tuo arbitrari loquaris. Concede mihi, o Phædre, dicere Socrate, vt pauca quædam Agathonem rogē, vt ab illo cōfirmatus loquar. Concedo equidem, Phædrum respondisse. Interroga modò. Deinde Socratem hinc initium diceōdi fecisse narrabit.

SOCRATIS ORATIO.

**P**TI MA, o amice Agatho, orationis tuæ fundamenta icicisse videris, cūm dices pri-  
 mō quid amor sit ostendēdum, postea illius opera numeranda. Hoc equidem principium valde probō. Age itaque postquam de amore cetera or-  
 nate atque magnifice es elocutus, hoc insuper circā illius naturam mihi declara, vtrum talis sit amor, ve aliuscuiusque, an nullus. Haud peto vtrū materis aliuscuius patris sit. Rīdica nanque interrogatio esset, vtrum amor patris materis sit amor. Verūmā interrogasset, nūquid pater aliuscuius pater esset, an non, responddes vtiq; si modo congruē loqu-



loqueris. Postquam huiusmodi quiddam semper vniuersalis est amor, potest dicere quæ potissimum appetendi modus, quive profectus modus, & in quali vel actione vel studio Amor proprie nominetur? Si id ostendere potuissim, nūquam sapientiam tuam admirari essem Diotima, neque discendi gratia ad te venissem. At ego dicā. Est, inquam, hoc partus in pulchro, tam secundum animam, quam secundum corpus. Vaticinio opus est ad id quod ais intelligendum. Hoc enim nullo modo percipio. Dicam equidem plianus. Omnium, o Socrates, hominum prægnans & grauidum corpus est, prægnans & anima. Et cum primū ad certam ætatem peruenierim, parere nostra natura cupit: parere verò in turpi nequit, in pulchro potest. Viri sanè mulierique congressu fetus partusque prouenit. Est autem opus hoc diuinum, & in animali ipso mortali, immortale hoc est, conceptio scilicet & generatio. Hæc in eo quod sine proportione & dissonum est, expleri nequeunt. Dissonum autē est quod turpe, ab omni quod est diuinum: pulchrum verò diuino consonum. Parca igitur & Lucina generationi pulchritudo ipsa est. Quæ circa quoties pulchro quod grauidum est adheret, læticia gessit, hilaritate & voluptate diffunditur, paritque & generat. Contrā verò cum turpi propinquat tristitia quadam & dolore contrahitur, absterreturque & cohibetur nec gignit, sed factum retinens angitur. Quapropter quod concipit, & iam luxuriat, adultumque ad generationem anhelat, circa pulchrum vel plurimum obseruatur, quoniam inde acri anxietate leuatur. Est enim amor non pulchri Socrates, vt tu putas. At cuius, inquam? Generationis partusque in pulchro. Sit ita, inquam ego. Maximè, inquit. Cur generationis? Quia sempiternum quiddam est & immortale, quemadmodum in ipso mortali generatio: immortalitatem autem vñ cum bono appetere necesse est, ex illis quæ supra concessimus, quādoquidem amor est appetitio, qua bonum sibi quisque semper adesse desiderat. Ex his concluditur Amorem immortalitatis quoque esse. Hæc omnia mihi Diotima tradidit, cum de amatoris sermonem habuit. Necnō sic interrogauit, Quam huius amoris cupiditatisque causam, o Socrates arbitraris? An non vides quam grauitate afficiuntur amantes omnes, & quæ gradiuntur, & quæ volunt, cum ad generationem toto impetu profectur, & amoris ardore insaniunt? Primo quidem generationis causā quā vehementer congruere concupiscunt. Deinde quantum circa naturam alimentam laborant. Horūque causa imbecilla etiam animalia aduersus robustissima prelia possunt, & pro illis occumbere parata sunt, ac fame defecere, modo filios nutriant, & aliud quodlibet audacter aggrediuntur. Homines quidem fortè putaret quispiam rationis discursū hæc agere, brutis autem quænam amoris tam ardentis causa est? Assignare hanc potest: Minimè, inquam. Credisse, inquit, in amatoris peritus fore, dum hæc ignoras? Ob hanc causam ad te, o Diotima, vt supra dixi, cōfugio, quia præceptor me indigere cognosco. Horum itaque precor, & aliorum quæcunque ad amorem attinent, causam afferas. Si credis illius naturæ amorem esse, cuius scire iam diximus, ne mireris. Ex hoc enim similiter vt ex superioribus, natura mortalis, semper & immortalis esse pro viribus nititur: hoc autem generatione duntaxat assequitur, quoniam semper alterum iuuenē veteris loco sub-

*Amor  
est mens  
vultus  
in pulchro*

stituit. Enimverò eo ipso in tēpore, quo animalium vnumquodque viuere dicitur, idēque esse, vt a pueritia ad senectutem, quamuis idem dicatur, nunquam tamen in seipso eadem continet, sed nouum semper efficitur, & vetera exiit, secundum pilos, carnem, ossa, ac sanguinem, & vniuersum corpus. Neque in corpore solum, vt venientiam in anima id contingit. Mores, consuetudines, opinioniones, cupidines, voluptates, dolores, atque timores, continuè permutantur. neque quicquam ex istis idem, & simile perseverat, sed priora quidem abolentur, noua verò succedunt. Quinetiā quod mirabilis est, scientiæ quoque non solum euanciscunt, alię furgunt, neque semper secundum scientias idem sumus, verūtiam vna quævis scientiarum idem patitur. Quod enim dicitur meditari, quasi exierit, scientia dicitur. Obliuio nanque scientiæ exiit est. Meditatio verò nouam memoriā semper abeuntis loco restitens, scientiam seruat, vt esse eadem videatur. Hoc vtique pacto omne mortale seruat, nō quia semper omnino idem sit, vt diuinum, sed quia quod dicitur, & abicit, nouū & simile sibi relinquit. Hoc remedio Socrates, quod mortale est siue corpus, seu quodlibet aliud participans immortalitatis euadit: quod verò diuinum & immortale, ætate ratiōnem. Quam obrem mirari non debes, si omnia germen suum natura charissimum habeant. Nā immortalitatis gratia nūquam huiusmodi atque amulibet inest. Cum hæc audissem admiratione commotus, inquam. Sic enim, o sapientissima Diotima, reuera de iis iudicadum? Tum illa, vt perfecti sophista solent. Certō scito, inquit, o Socrates. Etenim si gloriæ studium quod hominibus inest, considerare volueris, admiraberis ruditatem tuam, quod ea quæ dixi, non satis comprehendis. Cernes quidem quā vehementer exoptent, notos sese omnibus exhibere, & in futurū immortalē gloriam consequi. Nā huius gratia magis quam filiorum, pericula subeunt, pericula pecunias erogant, laboresque nullis respiciunt, ac denique sese morti exponunt. An censes Alceen pro Admeto mori voluisse, aut Achillē in vltione Patrocli occumbere, aut vestrum Codrū pro filiorum regno perire, nisi immortalē virtutis memoriam, qualis apud nos extat, consecuturos se prælagissent? Longè abest, inquit. Imo pro immortalis virtute & honesta opinione cuncta hæc, vt arbitror, omnes agunt: & quō meliores hominibus sunt, eō magis ad ista contendunt. Nam immortalitatem amat. Quicūque igitur corpore fecundus sunt, ad feminas se magis conuertunt, atque ita amant, & filiorū generatione immortalitatem, memoriam, felicitatem, per omne tempus assequi sperant. Sunt & qui animam grauidam atque fecundam magis quam corpus habeant. Ii sanè concipiūt ea quæ animæ & concipiē & concipere conuenit. Sed quidnam conuenit? Prudētiam videlicet, aliaque virtutes, quarum rerum potest omnes genitores sunt, necnon artifices illi qui inuentores dicuntur. Maxima verò, & omnium præstantissima prudentia est qua ciuilia & domestica gubernantur, cuius nomen est temperantia atque iustitia. Quisquis ergo virtutum huiusmodi natura plenus & grauidus est, idēque diuinus, atare debita immineat parere iam generatorem affectat, & idcirco passim vagatur, quæritque pulchrum, in quo generet. In turpi nanque minimè generat. Quapropter corporibus speciosis magis quam deformibus gratulatur, vt pote prægnans. Quod si animam præterea pulchram, generosam,

rosam docilemque reperiat, vtrique pulchritudine concurrente iustitiam delectatur, & coram homine illo confectum de virtute loquendo faciūda pollet, qualis esse debeat vir bonus edisserit, quōdūe sit eius officium, atque hæc doctrina imbuerit illum studet. Adhærens quippe pulchro, eoque familiariter vtens, quæ quondam conceperat, parit & gignit, illius tam in absentia, quā præsentia memor quōdūe inde nascitur, eū illo cōmuniter nutrit atque educat. Vnde augustiniorē cōmunionē, firmiterque amicitiam vicissim contrahūt, quā mortalium filiorū parentes, vt pote qui in filiis immortalibus magis pulchritudine vñ cōmunicat. Etenim huiusmodi filios quilibet potius quam humanos eligeret, præfertim qui Homerū Heiodōmque consideret, & poteras alios, æmuletur, dū cernit quales filios reliquerit, quā immortales sint immortalē quoque gloriam memoriāque parentibus præbuerint: qualesque sibi tibi placet, Lycurgus Lacedæmonis reliquit filios, Lacedæmoniaci totius penè Græciæ seruatores. Honoratur & apud vos propter generationē legū ipse Solo, aliique permulti alibi apud Græcos & Barbaros, qui multa atque præclara opera demonstrarūt, virtutem omnem progenerantes. Quibus sacra ac templa multa, ob huiusmodi sepe filios dicata sunt, ob humanos verò adhuc alicui nunquam. In his vtique amatoris, o Socrates ipse forsitan industria tua initiaretis. Vtrū verò vterius procedas, ac perfectā demū amatoria, quæque sublimē spectant quorū gratia hæc sunt, si quis rectè inquirat, haud scio posside animaduertere. Tūc tamen, omnique studio tibi optulabor. Diu verò pro viribus sequi me nitere. Oportet eum qui ad hoc redit sic tramite progressurū, statim ab adolescentia pulchra corpora cōtemplari: & primū quidem si modo rectè ducatur, vñ corpus amare, ibique rationes pulchre producere, cogitare deinde pulchritudine quæ corpori cuiuslibet inest, alterius corporis esse germanam. Et si sequi deest quod in specie pulchrum, absurdū est credere eam quæ omnibus corporibus inest, non vñ eandemque pulchritudinem esse. Et qui hoc aduertit, omnium simpliciter pulchrorū corporū amator euadere debet, amoris autē erga vñū vehementiā hac ratione remittere, atque vniū speciem parui facere. Post hæc pulchritudinem quæ animis inest, illa quæ in corpore præstantiorem existimat adeo vt si quis animi ingenium sit, quamuis forma corporis alius quibusdā cedat sufficere tamen arbitretur, & amet, curatque, & rationes huiusmodi pariat, quæratque sermones omnes qui reddere meliores adolefcētes possint: vt hinc ad pulchritudinem quæ in officiis ac legibus reperitur, inspicendam ducatur, intelligatque illam omnē sibi ipsi vni forme cognatāque: exillere, vt est quæ circa corpus est pulchritudinem parui faciat. Post officia legēque, ad scientias transcat, vt scientiarū pulchritudine contempletur: dūque id quod ampla exuberat pulchritudine, cōtuetur, haud amplius tanquā mancipium vniū puelli speciem admiretur: neque vniū hominis vel officij pulchritudine sit contentus. Nam quisquis in hoc delinquit, exilis & abiectus est seruus. Verum in profūdum pulchritudinis se pelagus mergat vbi ipso intuitu multas præclaras atque magnificas rationes intelligentiasque in philosophia abunde pariat, donec ibi confirmatus & roboratus, scientiam iam vnam talē intueatur, quæ pulchritudinis existit. Aciem verò mihi nūc mentis pro viribus adhibe. Quicūque huiusmodi per amatoria gradatim

deducitur, recto ordine pulchra intuitus, ad finē iam amatorij affectus perueniens, subitō quandā natura mirabilem inspicere pulchritudine. Hoc illud cuius gratia labores omnes præcedentes subimus. Principiū quōdūe semper est, nec sit, nec interit, neque creescit vniū neque decrescit: præterea non hac ex parte pulchri, ex illa turpe, vel tum pulchri, tū inanimē. Neque ad hoc quidem pulchri, turpe verò ad illud. Vel hic pulchri, ibi turpe, vt quibusdam pulchrum sit, quibusdam verò nequaquā. Neque rursus imaginatione quadam ipsum pulchrum ita fingerit, quasi vultus pulcher, vel pulchre manus, aut aliud quiddā cuius corpus est participans. Neque vt oratio quædā, aut scientia quædā. Neque in alio iacet quædā, vt in animali, vel terra, vel cælo, aut alio quopiam, sed id ipsum per seipsum quod semetipso vni forme semper existens. Cætera verò omnia quæ pulchra sunt, illius participatione pulchra, ea scilicet cōditione, vt nascantibus & intereuntibus aliis, nihil subtrahatur illi, aut addatur, neque passione vllam incurrat. Quando verò ab his aliis quæ rectè pueros amando ascendēs, illud ipsum pulchrum contueri incipit, sermē iam finem attingit. Hoc est profectō ad amatoria rectè pergere, vel ab alio duci, quando videlicet quis ab his pulchris gratia pulchri illius ascendere incipit, quasi quibusdam gradibus vtēs, atque ab vno primū in duo transiens, & à duobus in omnia quæ pulchra sunt corpora, ab his in omnia officia pulchra, à pulchris officiis ad doctrinam pulchras conuersus, à doctrinis in cunctis multis in illam doctrinam perueniens, quæ non alterius est quā illius ipsius pulchri doctrina: atque ita demū quid ipsum pulchrum sit, contemplantur. In hoc vtique vitæ statu, o amice Socrates, inquit huius pulchrum spectant viuendum. Quod si quando videris, supra quā dici possit pretiosius auro ornatisque vestibus, & pulchris pueris adolefcētibuscque censibus. Quos nunc & tu & alij multi, dum spectatis, nimium obstupefcitis, & si fieri posset, eligeretis inter illos semper cibo potuque neglecto versari. Quā felix illud spectaculum fore putamus, si cui contingerit, vt ipsum pulchrum intueatur, syncerum, integrum, purum, simplex, non humanis carnibus, coloribus, non aliis mortalibus nugis contaminatum, sed ipsum secundum se pulchrum diuinum inspicat. Num vitam huiusmodi parui facias, hominis videlicet ipsius qui illuc suscipit, qui tam præclarum spectaculum conuertit, qui illi coheret? Nonne cogitas quod sibi solum cernēs ille eo oculo pulchrum quo percipi potest, non imagines virtutis vterius, sed virtutes ipsas attingat. Cūque virtutem veram pariat, atque alar, Deo amicus efficitur, & si quis alius hominum, is maximè immortalis existit. Hæc o Phædre, aliique conuiaz, Diotima narabat. Cui si dē adhibeo, atque alii persuadere studeo, hominum naturam haud faciliē posse ad beatæ immortalitatis possessionē quicquam legitimo amore conducibilis inuenire. Quam obrem honorandum amorem ab omnibus hominibus censere. Equidem amatoria colo, meque summo opere in his exercere, aliosque exhortor. Et nunc quidem ac semper pro ingenij facultate amoris vim & fortitudinem laudo. Hunc, o Phædre, sermonem, si vis, quasi laudationem quadam amoris existima: si autem alter appellare placet, appella. Cum hæc Socrates,

dixisset, reliqui omnes probatur. Aristophanes autem dicere, quod ipse conabatur, quia Socrates cum diceret, mentio ne ipsius quod loco fecerat. Sed repente vestibulum obliuimus percussum sonitum dedit, & clamor debacchantium iuuenum tibicinaeque auditus. Tum Agathonem dicere, Videte ministrum, quoniam homines aduentarint, & si quis familiaris noster intersit, ad nos accersite. Si nullus, nos haud amplius bibere, sed iam quiescere nunciate. At paulo post, vocem Alcibiadis audierat, ebrietate insulantis, aliusque in vestibulo clamantis. Et percortantis ubi esset Agatho, iubentisque se ad Agathonem deduci. Eum igitur tibicinae alique contubernales ducebant, & ad fores vestibuli sisebant, corona quadam ex hedera violisque conferta redimitum, vittisque multis caput circumdatus, clamantemque, Saluere vos iubeo viri, ebrium valde hominem compositorem suscipite. Vt abeamus, Agathonem solum coronantes, cuius rei gratia venimus. Hec equidem interesse nequim, hodie veni vitas ferens, ut a meo capite sapientissimi pulcherrimique caput, (si ita dicam) reuincirem. An meyclur ebrium deridebitis: ego venio, rideatis licet, vera tamen loqui me scio. Respondete clarè, nuncquid ad haec ingredi permissis comoretis an non? Hic acclamante omnes, iussitque ingredi, atque accumbere. Accersit & Agatho, contubernales igitur adducebant, ille vitas tollens & Agathonis caput circumdatus, Socratem licet in conspectu esset non vidit. Prope Agathonem igitur assedit, inter hunc & Socratem medius. Eum nanque Socrates cesserat. Cum sedisset, Agathonem congratulatus est, coronauitque Agatho, Soluite calceos Alcibiadi, inquit, o pueri, ut sic velut tertius accumbat, prorsus, dixisse Alcibiadem, & quis tertius conuiuium esset, interrogasse, conuersumque Socratem vidisse, eumque resiliisset, Pro Hercules dixisse, quid hoc est? hic etiam insidiatus mihi, o Socrates confidisti. Sic semper soles, ubi minime omnium expectarem, prorsus mihi occurrere & nunc huc venisti? Cur hic potius quam apud Aristophanem sedes? aut si quis alius ridiculus hic est, viderique vult? Sed callide excogitasti, qui iuxta conuiuium pulcherrimum hic sederes. Socratem autem ad Agathonem conuersum, Vide, dicere, Agatho, si quo pacto mihi succurrere potes, Amor quippe huius hominis, haud leue quiddam mihi extitit. Ex eo nanque tempore quo huc amare cepi, nunquam mihi licet aut aspiciere pulchrum aliquem aut alloqui, quin iste zelotypus, id est amator suspitione captus, & inuidens mira quaedam tenet, conuicieturque, imo vix se continet quin manus inferat. Vide igitur ne in praesentia, tale quid agat sed nos conuicia vel si vim inferre conetur, optulatare. Nam huius furor & amatorius impetus me maxime terret. Ad haec Alcibiades, Inter me ac conciliatio nulla cadit, sed horum causa plura te vlciscantur. nunc autem Agatho mihi aliquas ex his vittis impartias, ut & huius mirabile hoc caput exornem, ne mihi succenseat quod te coronauerim, non ipsum qui omnes homines sermionibus superat, non nuper tantum ut tu sed semper. Aceptis itaque vittis, coronauit Socratem ac sedit, sedens autem inquit, Agatho homines. Nimirum mihi sobrii videmini, neque permittendum vobis id censio, bibendum est enim. Nam inter nos id conuenit. Ergo bibedi principem donec satis biberitis, me vobis propono. Ferri iube Agatho, si quod adest amplum poculum, sed nihil

opus est, imò feras huc puer vas illud, quod plures quam odo\* pateras capere videtur. Cum vas imple uisset, prior ipse bibit, Socrati deinde infundit iussit, & inquit, Aduersus Socratem, o conuiuium, dolo hoc nihil promoueo. Quantuncunquam quis iussit, ebriaber, nec ebrium vnquam videbitis. Socrates, cum infundisset puer, bibit. Tum Eryximachus, quid agimus Alcibiades? Ita nec loquimur quicquam super calicem, neque canimus, sed quasi scientes ingurgitamus? Ad quem Alcibiades, Salue optime Eryximache, optime & prudentissimo patre nate. Ertu salue, Eryximachus subiunxit, verum quid nobis agendum? Quod, inquit Alcibiades, tu praeceris. Tibi quidem parendum est. Vir medicus multis aliis aquabitur vnus. Impera ergo quodcunque habet. Audi iam, inquit Eryximachus. Antequam ingredi dereris, visum fuit ab vnoquoque praesentium factum in dexteram circuitu, deinceps Amorè pro ingenij facultate laudandus. Nos quidem singuli diximus, tu quoque cum non dixeris, biberis autem iure dicere debes: & cum dixeris, tunc demum Socrati quicquid vuleris interperabis. Socrates quoque illi qui ad dexteram successit similiter, ceterisque deinceps. Praclarè loqueris, inquit, Eryximache. Sed non aequa ratio videri debet, ut ebrium cum sobriorum oratione verba sua cōferat. Sed o beate vir, persuasitne tibi Socrates quicquam horum quae paulo ante narrauit? Vel scis contra esse omnino? Hic enim si eo praesente quencquam laudaueris, vel Deum, vel hominem alium quam hunc ipsum, manus non continebit. Bona verba quae dixisse Socratem. Nihil ad haec dicas respōdit Alcibiadem: per Neptunum enim neminem alium te praesente laudari. Sic agendum, inquit Eryximachus, videtur, & si vis Socratem laudare. Quid ais inquit Alcibiades, Oporete videturne Eryximache hunc virum aggrediari, & coram vobis vlciscari. Quid cogitas? dixisse Socratem de ridiculis quibusdam me laudabis? An quid ages? Vera loquar, inquit Alcibiades, permittisne? Vera quidem, dixisse Socratem, loqui permitto, ac etiam iubeo. Parebo, inquit Alcibiades, quem libentissimè, modo id assequi possim. Verum tu obserua, & si quid minus verum refero, interpella tu lubet, mendaciumque redargue. Nāquam enim sponte mentiar. Neque mireris, si aliud aliunde vt unque redit in memoriam, reuoco. Nam haud facile est homini sic affecto, duros tuos mores facundè certoque ordine numerare. Socratem autem, o viri conuuiuii per imagines laudare conabor. Ille igitur fortè suspicabitur, ne ad ridicula sermōnem conuertam. Sumetur autem imago veri non ridiculi gratia.

## ALCIBIADIS COLLAVDANS

SOCRATEM.

**S**ocratem assero per similem Silenis istis qui sedentes inter alias imagines à seculis prioribus figurantur, ita vt fillas tibi vlciscantur. Qui si bifariam diuidantur, reperiantur intus imaginem habere Deorum. Saryto quoque Marfyæ similem esse tu dicis. Et quod aspectu quidem his esperis simile, ac tu quidem o Socrates, negabis. Quod verò in aliis quoque similitudinem eorum habes, deinceps iam audi propeca & contumeliosus es, an non si non fateris, equidem testes adducam. An o tibicen? Et tibicen quidem Marfyā longè praestitior. Ille enim instrumentis quibusdam homines demulcebat oris potentia, & nunc

& nunc etiam si quis modulatione illius vritur. Nam illa quae Olympus modulatus est, Marfyam qui doctus modulatum dico. Eius igitur harmonia seu vir quidam bene, seu fecunda male vritur, sola animos attrahit, & quia diuina est, ostendit quoniam diis mysteriis ebrium indigeat. Tu autem in hoc dūtaxat differas ab illo, quod sine vilo instrumento nudis quidem verbis hoc idem efficias. Nos certe quoties alium audiuimus alterius verba referentem, etiam nimum boni oratoris, tamen nullius, vitā dixerim, illa facimus. At cum te quis audiat, tua verba quouis alio referente, quamuis ineptus ille sit qui refert, & siue vir seu foemina siue adolecentulus audiat oblitusque sumus quidem, ac mente corripimur. Equidem nisi suspicarer, ne fortè nimis ebrius videar, iure iurando interposito asserim, quā mihi alias ab huius verbis contigerit, contingatque etiam nūc. Quoties enim hūc audio, multo magis quam hi qui Corybantum more deferuntur, cor in me concitatur ad huius verba, vltimūque effundo, vndeque multis aliis hoc idem contingere. Et cum Periclem audiebam, ceterosque oratores bonos, videbantur illi quidem mihi praclarè dicere, sed nihil tale mihi contingebat, neque concitabatur animus, neque se ipsi quasi feruliter viuente condemnabat. Sed ad hoc Marfyā nostro saepe ita insector, vt existimem nullo modo in hoc statu vitæ mihi esse viuendum. Haec o Socrates, ne negaueris. Quin etiam certò scio si in praesentia aures illi praestare velim, minime tolerarem, sed eadem illa mihi euenerent. Cogit enim me fatari, quod cum ipse ego in multis deficiat, tamen me ipsum negligo, remque populi Atheniensium curo. Vi ergo quasi aduersus Sirenas obtinens aures, hunc fugio ac vito, ne apud eum sedens consenscam. Patior autem erga hunc solum, quod nemo existimaret, vt cuiusvis pudore ac verecundia deciner. Atqui hunc solum vereor. Conscius enim mihi sum, defendere me non posse quin sint agenda quae iubet: sed cum ab eo discedo, populari ambitione me superari. Fugio igitur hunc ac ut vito, & quoties ipsum intueor, veteranda me, quia promissa non seruauerim, caput, vt saepe cupiam hūc è vitā decedere. Rursus verò si acciderit, scio me legē id iniquis toleraturum. Itaque quò me vertam, aut quem admodum hoc vtar nescio. Et à modulationibus quidem Saryti huius talia mihi que & multis aliis contigerit. Cetera verò audire, vt similibus sit his quibus ego similem esse dicebam, & vim quam mirabilem habeat, intueamini. Scitote neminè vestrum Socratem cognosce. Sed ego vobis ostendam, quandoquidem dicere iam incepi. Cernitis quam venemeter Socrates erga pulchros afficit? semperque inter eos versatur & oblitusque: ignorat omnia, nihil nouit, figura profecto haec Silenis est per similes. Scitote igitur eum haec habitus forma exterioris amicitia, tanquam sculpsit quendam Sileum. Intus verò si aperatur, mira, o viri conuuiuii, castimonia & integritas inest. Neque pulchritudinem corporis cuiusquam quicquam aestimat neque diuitias, neque honores, neque cetera quae vulgus admiratur, sed ea cuncta supra quam existimari queat longè spernat, ac pro nihilo ducit. Quocirca nullus nos esse apud eum vobis assero: fingit tamen ironicus aliter, ac iocari palam de his rebus nunquam cessat. Serio autem agentis atque intus appetit, nescio vtrum quicquam vestrum diuinas quae intus latent imagines vnquam inspexerit. Ergo cer-

tè quandoque eas conspexit, atque mihi vix sunt vt que adeo diuina, & aurex, & formosa, & mirabiles, vt nullo modo fas existimem aliter quam Socrates praecipit, agere. Ego iam aliquando, o viri conuuiuii, Socratem arbitratus mea specie reuera admodum delectari occasione hanc mirificam felicitatē, ad id quod affuebant, me nactum esse putavi. Grati ficari quippe Socrati constitui, vt quæcunque ille nouerat, necum comunicaret. Nam magnū aliquid & mirificum formositatem meam existimabam, eaque plurimum fidebam. Cumque antea nunquam sine comite cum eo loqui consueuissem, quodque dimisso comite, solus cum eo restiti. Vera vobis omnia aperitūda sunt. Attende obsecro. Si metior Socrates, ipse redargue. Restit equidem, o viri conuuiuii, solus cum solo, sperans eadem hunc mihi diciturum, quæ amatores amatis cum soli sunt, loqui solent. Quia spe valde letabar, horum verò nihil actum est, sed vt solitus erat, cum ad vesperā vsque discrusset, abiit. Post haec ad palestram hunc citauit exercitūque, quasi in hac aliquid perfecturus. Soli itaque saepe non sumi gymnastica exercitum. Fuit multis opus est vobis? Nihil mihi successit. Postquam verò hac nequaquam successerat, durioribus machinamentis virum hunc aggredi statui, nec ab ineptis desistere. Audite quam vehementer hinc insidias sum. Cœnarum accessum tanquam amatores amatis insidiatus. In non facile, nec primò patitur, tandem verò obsecutus est. Venit ergo sermo sompno cibo confectum abiturus surrexit. Tunc ego pudore detentus, abire permisit. Sed alias vehementiores insidias tendens, post cenam ad multam noctem sermonem protraxi: cumque vellet discedere, obuiens intemptam noctem, manere coegi. Quieuit igitur in proximo lecto, super quem sedens cenauerat, nec alius praeter nos vilius ibi ea nocte dormiuit. Quæ haecenus dicta sunt, sine robore vbi que proferti possunt. Quæ verò sequuntur, non prius audietis quam proverbium illud recensuerim, Vltimum & cum pueritia, & sine pueritia est veridicum. Quinetia iniustus videtur, vt is qui Socrate laudat, superbū & inuictū facinus illius silentio praeterat. Praeterea nō aliter affectus sum quā ille quem viperata mordet. Illum quippe ferunt qualis sit eius passio aperire nolle, nisi his qui similiter exortant, quasi hi soli, vt pote mali non ignari, ignoscant, si quis cruciatu compulsus, & loqui & agere cuncta non dubitet. Ego igitur praeter ceteris aditibus vehementiori philosophiae morsu, qui omnium est acerrimus, & sine cor, siue animū, siue quomodoocūque id appellandū sit, sanctus cupiditate in philosophia sermōnū, qui acris quam viperam mordent, & occupat si quando attingent iuuenē animū qui non penitus ignauus sit, compelluntque ad quicquid tandem sit, faciendū atque dicendum, ac intuens Phaedros, Agathonēs, Eryximachos, Paulanias, Aristodemos, Aristophanes, Socratem denique ipsum, & ceteros. (Omnes enim mecum vna philosophiae auroe ac bacchatione correpti estis) proloquere audite obsecro. Etenim mihi ventiam dabitis pro his quae tunc à me facta, & nunc dicta fuerint. Famuli autem, & si quis alius ad sit prophetaus & agrestis, aures obstruant. Extincho lychno, famulique absentibus, visum mihi, o viri conuuiuii, haud amplius distimulandum differendumque, sed ingenuè quod sentirem aperendum. Terigi itaque illum dicens, Socrates dormis? Nondum, inquit. Scisne quid haecenus mihi visum fuerit? inquam.

Qua de te & quid rogatus inquit. Tu mihi solus amator me dignus existisse, videris, inquam, vercundior tamen in amore fuisse. Equidem cum ita res habeat, ego quod talis sim, ultimum esse ducerem, nisi in hoc quoque tibi gratificarer, & in ceteris omnibus, siue meis rebus, siue amicis indigens. Mihi quidem nihil est antiquius, quā ut optimus vir euadā. Ad hoc nemo me magis quam tu iurare potest. Ego autem tanto viro non obsecutus, vehementius sapientum increpationes vereretur, quam obsecutus insipientū verba: quā eū audisset, solita ironia dissimulans, ita respondit, O amice Alcibiades, videris reuera nō ignauus viliusque esse, si vera sunt quae de me refers, & inest mihi vis quaedam per quam ipse melior effici possit, & miram in me pulchritudinem conspicis, tua forma longē praestantior. Si ita cognoscens, communiare mecum exoptas, & pulchritudinem pulchritudine commutare, tanquam generatorem multo plus quam ego reportare contendis. Nam pro opinione veritatem pulchrorum lucrari conaris & aurum pro aurichalco recipere. Sed o beate, diligentius amanda uerte, ne te mea conditio lateat, cum nullus sint preti. Tunc sanē mentis oculis acutē incipit cernere, cum primum corporis oculus delectaretur. Tu verō ab hac aetate es procul. Quae cū audisset, Mea quidē talia sunt qualia dixi inquam. Neque enim in ore vnum, in corde aliud habeo. Tu autem ita delibera, ut tibi & mihi melius fore censes. Probē, inquit loqueris, ergo posthac inuicem consulatēs agentis quod vtriusque tam in his, quam in ceteris omnibus maximē condūctorum putabimus. Cum haec audisset, & obiecitsem, quasi iaculo quodam faucium exstimauit, surgēsq; ne verbum quidem vterius loqui permittit: & hunc amicum quem videtis, circūdans, erat enim hyems, subtrato huius pallio veteri recubuit: & hisce brachiis felicē hunc sapientemque virū penitēdū mandandum amplexus, nōsem sic totam quicui. Haec scio non negabis, o Socrates. Is tamen formam, qua ego maximē fidebam, spernit omnino quasi ridiculam, superbēque contempit. Deos omnes Deāque testor, o Iudices, estis enim Socraticę superbie audaces, me non aliter surrexisset, ac si cum patre, vel fratre nato maiore iaculissem. Quam mihi mētem post haec fuisse putatis, cum me quidem contēptum existimarem, eius autem ingenium, temperantiam & fortitudinem admirarer, virum talem nactus, qualem me prudentia & tolerantia reperturum esse nullum credideram. Quapropter qua ratione illic succentrem ab eoque discederem, haud inueniebam, neque rursus quibus illecebris ipsum mihi conciliarem. Noueram equidem difficilissimū hūc pecuniis, quam Aiaceum ferro domari posse, & id quo facilis irretiri illum speraueram, me fecellit. Ambiguus itaque & hūc viro magis quam alius quisquam alteri mancipatus circūuagabar. Haec omnia tunc a me facta sunt. Procedente post haec tempore militia illi simul mihique obuenit aduersus Potidam, fuisseque Socrates, ego in eo exercitū contubernales atque cōsuetores. Primum quidem laborum patientia non me solum, sed alios omnes longē superabat: & si quo in loco, ut accidere solet in bello, cometas deficeret, nulli pares hūc reperiebantur ad famem sitimque perferendam. Rursus verō in abundantia rerum & comestatione, mensaque militari solus hic frui posse videbatur. Et quāuis bibere nollet tamen si cogebatur omnes protinus bibendo lō-

gē vincebat: & quod omnium maximē mirabile est ebrium, quisquam eum nunquam cōspexit. Sed hoc mihi adhuc & statim probari posse videtur. Aduersus autem hyemes & frigora, quae illis in locis asperissima sunt, mirabilia faciebat. Quandoque enim exire maximo intolerabilem faciendo, ita ut nulli exire de tabernaculis auderent & si qui exibat, non nisi suffarinati admodum, pedesque & crura pellibus pannisq; laneis diligēter circumuoluti: Socrates per hoc ipsum tempus ita exibat cum ceteris militibus ut nihil ad eam vestem adiungeret, quā primō ferre solitus erat. Nudis verō pedibus per glaciem facillime incedebat, quā cum calcēs alij. Milites verō haec intuentes, se contemni ab eo suspicabantur. Et in his quidem talis erat Socrates. Quid autem fecerit tolerantissimus vir in eodem exercitū, operetrium est audire. Nam eū aliquid cogitatio quadam incidisset, sicut cogitans eodem vethigio matutino tempore: cūque explicare id quod cogitabat non daretur, perstabat cogitans, nec dimittebat: & iam meridies erat, multaque id fenestras, ac mirabantur, alterque narrabat alteri Socratem ab auro stetitisse cogitantem. Demū verō ab Ionis quidā milites, eū nox iam immineret, cenati prius: erat enim tunc aestas, eura eum strata posuerunt & in frigore iacuerunt, illum obseruantes, an per noctē quoque perseueraret. Socrates verō stetit vsq; ad auram sequentem, ac solis exortum. Postea verō abiit, cum iam solē nascentem salutauisset. In prius quoque qualis fuerit, non est silentio praeterendum. Nam cum ea pugna fuisset, extra me quasi optimum pugnatorem duces ceteris praemiis donauerunt, nemo alius me seruauit quam Socrates. Veneris enim me grauius vulneratū nequaquam deseruit, sed ante me proficiens, me ipsum atque arma meae protexit, ab hostibusque saluauit. Atque ego tunc illa praedicta conatus sum, ut nō mihi, sed Socrati huic, a quo seruatus eram, dona illa traderentur. Neque ista confutaueris, neque veluti falsa negaueris Socrates. Tunc sanē dices ad meam respicientes dignitatem, donare me maluerunt, te in primis, o Socrates obsecrante, ut mihi nō tibi honor exhiberetur. Sed preclarum o viri, fuit Socratem videre, eū exercitū noster a Delio fugeret. Nā interfui quoque huius praesidio, & quidem ex equo pugnans, cum Socrates ipse pedes esset. Profligatis igitur nostris, ac fugati omnium facta, Socrates vnā & Laches pedem tenebant. Atque ego cum in hos casu incidissem, bono animo esse fuisi meque nunquam deseruerunt eos dixi. Hic igitur eō melius aspiciere potui Socratem quam apud Potidam, quod ipse cōsibus equo, minus formidabam. Primum igitur intueri licebat, quanta cautione ac presenti animo Lachem superaret. Deinde mihi visus est, o Aristophanes, quod & eum hic faceratis, incedere superbus, & oculis quietē omnia circūuolutans, cautēque examinans singula. Hostes fingentem eiusque vicissim respiciebat, oculis & aspectu praefrens, ostēdēteque vel remotioribus, si quis cum inuadat non esse id impune facturum. Itaque turē abibat & ipse & alter ferre enim tū incedunt, nemo eos inuadit, sed eos qui effusa fuga deferuntur. In multis quidem a illis mirifice laudari Socrates potest, sed talia sunt, ut ceteri quoque forsā non nulli eisdem laudem mererentur, verū illa praecipua in hoc, per quae nemini aliorum hominum, neque antiquorum, neque nouorum esse similis reperitur. Nam qualis Achil-

les fuit, talem coniectet forsā alius fuisse Bradam & alios quosdam: & qualis Pericles, tales Antenor & Arque Nestor. Sūt alij quoque qui hoc modo cōferri inuicem possunt. Sed qualis Socrates est, qualisque eius mora, discendit ratio, nemo propē ad eius similitudinem accedit, neque veterum, neque eorum qui nunc sunt, nisi vt ego nunc dixi, atque assimilauit. Quippe nulli hominum, sed Silenis & Satyris similis ipse est, eiusque sermones. Nam & hoc a me praetermissum erat prius sermones eius permixtos esse Silenis apertis. Siquis enim huius sermones audiat, videtur prima, ut fertur facie nimium esse absurdū. Nomina quippe & verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosū habitum praeseferunt. Asinos enim, fabrosque ararios, & futiores calceorum, conariōsq; semper habet in ore, eadēque semper dicere de eisdem videtur, ut omnes ferē qui minus experti peritiae sint, verba illius irideant. Verum si intus aspiciat quis eius sermones, primum quidem reperiet sensum profunditatem habere solos aliorum omnium, & insuper diuinitissimos esse ac plurimas virtutum speciosissimas imagines continere, atque ad plurima sese extendere: imō omnia praepcepta comprehendere, quibus instrui debet is, qui honestē beneque est viturus. Haec sunt, o viri conuiui, in quibus Socratem laudo, ac etiam de quibus conqueror. Audistis enim interim quia mihi iniurias intulit. Nec aduersus me solum ita se gessit, verum etiam aduersus Charmidem filium Glauconis, & aduersus Euthydemum Diocle natum, aliosque permultos eadem fecit quos ipse sub specie amatoris fecellit: nam pro amatore duces euasit. Quamobrem te quoque Agatho admoheo, ut huius simulationes dissimulationēque caueas, & ex his quae ego sum passus, hunc cognoscens rem tuam cures, neque secundum procerbum, stultorum inftar accepto incommodo sapias. Cum haec Alcibiades dixisset, eius audacia & loquendi libertate risum omnibus concitatum esse Aristodemus narrabat, quoniam visus est & amore Socratis esse captus. Sobrius mihi videris, o Alcibiades. Socratem dixisse. Alioquin nunquam ita artificiosè longo verborum circuitu factō occultē te studiuisset, cuius gratia cetera omnia dixerat quod in orationis calce, ut praeter propositum profere videreris, tandem apposuit, quasi non omnino idcirco dixeris, vt me ab Agathone disingere. Arbitraris me neminem praeter te vnum amare debere, Agathonem verō a nullo alio quam abs te amari. Verum non latuit nos quid tibi vellet tum illud Satyricum Silenicūque figmentum. Sed, o amice Agatho, danda opera est, vt nec isti sua machinatione proficiant, nec vilius calumnie inter me ac te iacta dissidium faciant. Vera, o Socrates, Agathonem respondisse, loqui videris. Quod ex eo conicio, quia vt nos seingere, inter te ac me se medium interposuit. Sed nihil hoc illi proderit: hinc enim furgens, propere sedebat. Sic agendum profectō, dixisse Socratem. hic infra me sedē Pro Iupiter exclamasse Alcibiadem, Qualia perpetuē vir cogit! In omnibus superare me vult. At aliud nihil, saltem, o mirifice, medium hic Agathonem sedere permittit. Nequaquā decet, respondisse Socratem. Tu enim me laudasti. Oportet autem me nunc ad dexteram hunc defendere laudare. Si ergo post te maneat Agatho, haud me rursus laudabit, prius quam a te laudetur. Sed dimitte vir fe-

lix, neque huius laudes inuideas. Equidem laudare illum vehementer desidero. Huius huius Alcibiades, Agathonem ibi dixisse. Quid hic moror? Hinc iam discedo vt me Socrates laudet. Mosi hōc Socraticū est, Alcibiadem respondisse, vt eo praesente nemini liceat alteri formosos sibi conciliare. Vide nunc obsecro quā facillē & quā probabiliter ratione hunc ad se traxerit. Surrexit ergo Agatho, vt apud Socratem requiesceret. Tunc subito de bacchantes multi patentes fōres nacti, nam paulo ante quis cōtra exierat, ingressi sunt, & circa illos cōsederunt, Quorum strepitu turbata sunt omnia, nec vilius post haec modus in bibendo seruatus. Euximachum, ac Phaedrum, aliosque nonnullos abijisse, Aristodemus recentior; seque diu dormiuisset, nam longe tunc noctes erant; & circa auroram gallitiam cantantibus surrexit. Somno excitum inuenisse, quōd alij quidem partim dormiebant, partim discedebant. Agatho verō, & Aristophanes, atque Socrates soli adhibere vigilabant, bibebantque ampla quadam phiala, factō in dextera circuitu sibi inuicem succedentes. Socrates autem in ipsi disputabat. Neque aliorum se recordari Aristodemus, inquit, neque enim ab initio adfuisse, & somno fuisse grauatum. Summam vero disputationis illius exitisse, quod Socrates illos fatari cogebat, eundem viri officium esse tragediam, comediāque componere, eūque quare tragicus esse, esse quoque comicum. Cum haec illi coacti potius quam persuasi concessissent, se somno deiecit, Aristophanem primum, Agathonem deinde exorta iam luce, Socratem vero dormitibus illis in Lycæum, ipso vt consueuerat, comitante, fuisse profectum, & lotum solito se more diem totum exercuisse, ac demum ad vesperam domi requiuisset.

PHAEDRVS;  
VEL, DE PVL-  
CHRO.

MARSILII FICINI  
ARGVMENTVM.

Plato noster poetica muse, quam a tenera aetate, imō ab Apollinea genitura scilicet, in suore grauidus, primum peperit liberum totum penē poeticum, & candidissimum candidissimum, & de pulchritudine simul atque Amore vir pulcherrimus, omniumque amore dignissimus, vt merito ceteros quoque liberos deinceps edidit, & gratia platonis a veneranda Musa exordium felicē auspiciatus, suisque omnium venustatem vbiq; cum dignitate conuenit. Platonem verō plurimum huius libri mysteria in Theologia & libro de Amore exposuit, arguētum eius breuissimē perstringens. Symposium de Amore quidem praecipue tractat, cui sequitur verū de pulchritudine, At Phaedrus gratia Pulchritudinis disputat de amore. Neque ab re omnino inserta est oratio Lyfia, atque oratoria disputatio. Pulchritudo enim est ad mentem, & ad visum, auditumque pertinet. Quo fit, vt vbi de amorem nomen quoque pulchritudine agitur, ut tunc de pulchritudine corporis, merito de orationis pulchritudine disputetur. Statim vero ipso exordio Socrates inter iocandum seria vniuersum tradit praecipit, Omnia ob sapientiam studium penitus continenda. Potissimum sapientiam studium considerat seipsum. Inter haec artificiosissima loci descriptio allegoricè significat Academiam; Platonem Platonem; Caelum arbutum, amoris Platonis; Socratici castitatem; Fis in communicanda sapientia largitatem; ornamenta cetera oratorios potius; flores quibus Academiam Platonem aduadit. Repraehenditur iure Lyfia quod qualis sit amor affectus inquirat, neque prius amor enim desinerit, neque diluxerit. Confidetur inter haec amoris Socratici pudicitiam, nonnulla enim minus bonesta